In illo tp̃e. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Homo q̇dã erat diues: ⁊ induebat̃ purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabat̃ quotidie ſplẽdidè. Et erat quidã mendic⁹ nomine Lazar⁹, qui iacebat ad ianuaꝫ eius, vlceribus plenus: cupiens ſaturari de micis quę cadebat de mẽſa diuitꝫ: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant, ⁊ lingebãt vlcera ei⁹. Factum eſt ãte vt moreretur mendicus, ⁊ portaretur ab angelis in ſinuꝫ Habraę. Mortuus eſt autẽ ⁊ diues: ⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuans ante oculos ſuos, cũ eſſet ĩ tormẽtis: vidit Habraã à longè: ⁊ Lazarũ in ſinu ei⁹. Et ipſe clamans, dixit. Pater Habraã miſerere mei, ⁊ mitte Lazaruꝫ, vt intingat extremũ digiti ſui in aquam: vt refrigeret linguã meaꝫ: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi habraaꝫ. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua: ⁊ Lazar⁹ ſimiliter mala. Nunc autẽ hic conſolatur: tu verò cruciaris: ⁊ in his omnib⁹ ĩter nos ⁊ vos chaos magnum firmamẽtũ eſt: vt hi q̇ volũt hĩc trãſire ad vos, nõ poſsint, neqꜭ inde huc trãſmeare. Et ait. Rogo ergo te pr̃, vt mittas eũ in domũ pr̃is mei. Habeo enim quinqꜭ fr̃es: vt teſtetur illis, ne ⁊ ipi veniãt in hũc locũ tormẽtorũ. Et ait illi habraã. Habẽt moyſen ⁊ ꝓphetas, audiãt illos. At ille dixit. Nõ pr̃ habraã: ſed ſi q̇s ex mortuis ierit ad eos, pęnitẽtiã agẽt. Ait aũt illi. Si moyſen ⁊ ꝓphetas nõ audiunt: neqꜭ ſi q̇s ex mortuis reſurrexerit, credent. Offer.

Precat⁹ eſt moyſes ĩ ꝯſpectu dñi dei ſui, ⁊ dixit: p̃cat⁹ ẽ moyſes ĩ ꝯſpectu dñi dei ſui, ⁊ dixit: q̃re dñe iraſceris in pp̃lo tuo: parce irę aĩę tuę: memẽto abraã Jſaac ⁊ iacob: q̇b⁹ iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel, ⁊ placat⁹ fact⁹ eſt dñs de malignitate, q̃ꜭ dixit facere pp̃lo ſuo. Sec.

Preſẽti ſacrificio noĩ tuo nos dñe ieiũia dicata ſa-

ctificẽt:vt qđ obſuãtia nr̃a ꝓfi
teť exteriꝰ:interiꝰ opeť effectu.
per. Coïo. Qui mãducat car
Jo an. nem meam:⁊ bibit ſanguinem
6. meum: in me manet, ⁊ ego in
eo: dicit dominus. Poſt coïo.

GRatia tua nos, queſumꝰ dñe, nõ derelinquat: q̃ ⁊ ſacrę nos deditos faciat ſeruituti: ⁊ tuam nobis opẽ ſemper acquirat. Per dominu noſtrũ Jeſuz. Sup populũ. Oratio.

ADeſto dñe famulis tuis: ⁊ perpetuam benignitatem largire poſcẽtibus: vt his q̃ te auctore ⁊ gubernatore gloriantur: ⁊ congregata reſtaures: ⁊ reſtaurata conſerues. Per do. ¶ Feria.vi. Statio ad ſanctã Uitalem. Introitꝰ.

Ego aũt cum iuſtitia
ps. apparebo in cõſpe
19. ctu tuo, ſatiabor, dũ
manifeſtabitur glo-
ria tua. ps. Exaudi dñe iuſtiti
ibi. am meã: intende deprecatio-
nez meam. ℣. Gloria. Oratio.

DA, q̃ſumus omnipotens deus, vt ſacro nos purificãte ieiunio: ſynceris mentibꝰ ad ſancta ventura facias peruenire. Per Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumꝰ domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte glorioſa virgine, dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis, Petro ⁊ Paulo, atq; beato. N. ⁊ omnibꝰ ſanctis, ſalutẽ nobis tribue benignꝰ ⁊ pacẽ: vt ďſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſuiat libertate. Per Et ꝓ viuis ⁊ defunctis generaliter. Oõ.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: q̃ viuorũ dñarz ſimul ⁊ mortuorũ: oĩumq; miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimꝰ: quoſq; vel pręſens ſęculũ adhuc in carne retinet: vel futurũ iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus oĩbus ſanctis tuis, pietatis tuę clemẽtia omnium delictorũ ſuorũ veniam cõſequãť.

Lcõ libri geneſis. .cap. xxxvii.

IN diebus illis. Dixit ioſeph fribꝰ ſuis. Audite ſomniũ meũ, qđ vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro ⁊ q̃ſi cõſurgere manipulũ meũ, ⁊ ſtare: vroſq; mãipulos circũſtantes adorare manipuluz meũ. Rñderunt fratres eius. Nũquid rex nr̃ eris: aut ſubiiciemur ditioni tuę? Hęc ergo cauſa ſomniorũ atq; ſmonuz, inuidię ⁊ odii fomitem miniſtra-

uit. Aliud quoq; ſomniũ vidit:
qđ narrãs fratrib⁹,ait. Uidi p
ſomniũ,quaſi ſolẽ ⁊ lunã ⁊ ſtel-
las vndecim,adorare me. Qđ
cũ patri ſuo ⁊ fratribus retu-
liſſet: increpauit eũ pater,⁊ di-
xit. Quid ſibi vult hoc ſomni-
um,qđ vidiſti? Nũquid ego,⁊
mater tua,⁊ fratres tui adora
bimus te ſuper terrã? Inuide
bant igiť ei fratres ſui: pr̃ verò
rem tacitus conſiderabat. Cũ
q; fratres illi⁹ in paſcend; gre
gib⁹ patr; morarenť in ſichẽ,
dixit ad eũ Iſraël. Fratres tui
paſcunt oues in ſichimis: veni,
mittã te ad eos. Quo rñdẽte,
preſto ſum: ait. Uade,⁊ vide ſi
cuncta proſpera ſint erga fra-
tres tuos, ⁊ pecora: ⁊ renũcia
mihi, qđ agať. Miſſus de val-
le ebron, venit in ſichẽ. Inue
nitq; eum vir errantẽ in agro,
⁊ interrogauit, qđ q̃reret. At
ille rñdit. Fr̃es meos q̃ro: indi
ca mihi,vbi paſcũt gregẽ. Di-
xit ei vir. Receſſerunt de loco
iſto. Audiui aũt eos dicentes.
Eam⁹ in dothaim. Perrexit
ergo ioſeph poſt fratres ſuos:
⁊ inuenit eos in dothaim. Qui
cũ vidiſſent eũ procul: anteq;
accederet ad eos,cogitauerũt
illũ occidere: ⁊ mutuo loquebã
tur. Ecce ſõniator venit: veni-
te,occidam⁹ eũ: ⁊ mittam⁹ eũ
in ciſternã veterẽ: dicemuſq;.
Fera peſſima deuorauit eũ. Et
tũc apparebit,qđ illi ꝓſint ſo-
nia ſua. Audiẽs autẽ hęc ru-
ben: nitebatur liberare eũ de
manib⁹ eoꝝ,⁊ dicebat. Nõ in-
terficiam⁹ aĩaʒ eius, nec effun
dam⁹ ſanguinẽ: ſed ꝓijcite eũ
in ciſternã hãc quę eſt in ſolitu
dine: manuſq; vr̃as ſeruate in-
noxias, hęc aũt dicebat volẽs
eripere eũ de manib⁹ eorum,⁊
reddere pr̃i ſuo. Gra. Ad dñʒ ps. 119.
cũ tribularer,clamaui: ⁊ exau
diuit me. ℣. Dñe libera aĩam ps. 114.
meã a labijs iniq̃s: ⁊ a lingua
doloſa. Tract⁹. Dñe non ſm ps. 102.
peccata nr̃a quę fecimus nos:
neq; ſm iniq̃tates nr̃as retri-
buas nob;. ℣. Dñe ne memi- ps. 78.
neris iniq̃tatũ nr̃aꝝ antiquaꝝ:
citò anticipẽt nos mię tuę, q2
pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. ibi.
Adiuua nos de⁹ ſalutar; nr̃: ⁊
ꝓpter gl̃iaʒ nois tui dñe libe-
ra nos: ⁊ ꝓpitius eſto pc̃tis no
ſtris ꝓpter nomẽ tuũ. Sequẽ
tia ſancti euangelij ſecundum
Mattheum. capite.xxj.
In illo tpe, Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis,⁊ turbis Judę-
orum parabolã hãc. Homo q̃
dã erat paterfamilias, q̃ plan-
tauit vineam: ⁊ ſepem circun-
dedit ei: ⁊ fodit in ea torcular:
⁊ ędificauit turrim,⁊ locauit,

eā agricolis: ⁊ peregre ꝓfect⁹
eſt. Cū̄ȝ autē tēpus fructuum
appropinqſſet: miſit ſeruos ſu
os ad agricolas, vt acciperent
fructus eius. Et agricole, ap-
p̄hēſis ſeruis eius, aliū cecide-
rūt: aliū occiderūt, aliū verò la
pidauerunt. Iterū miſit alios
ſeruos plures prioribus, ⁊ fe-
cerūt illis ſimiliter. Nouiſsimè
autem miſit ad eos filium ſu-
um, dicēs. Verebūt filiū meū.
Agricole aūt vidētes filiū, di-
xerūt intra ſe. Hic eſt heres.
Venite occidamus eū: ⁊ habe
bim⁹ hereditatē eius. Et ap-
prehēſum eū, eiecerūt extra vi
neā: ⁊ occiderūt. Cū ergo ve-
nerit dñs vinee, qd faciet agri-
colis illis? Aiunt illi. Malos
malè perdet: ⁊ vineā ſuā loca-
bit alijs agricolis, qui reddāt
ei fructuȝ tēporib⁹ ſuis. Dicit
illis Jeſ⁹. Nūq̄ legiſtis in ſcri
pturis: lapidē quē reprobaue-
rūt edificātes: hic factus eſt in
caput anguli: à dño factum eſt
iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis
nr̄is? Ideo dico vobis: qꝛ aufe
ret à vobis regnū dei: ⁊ dabit
gēti faciēti fructus eius. Et q̇
ceciderit ſup lapidē iſtum, con
fringetur. Sup quē verò ceci-
derit ſcōteret eū. Et cū̄ȝ audi-
ent principes ſacerdotum ⁊
pharisei parabolas eius: cog-
nouerūt q̄ d̄ ipſis diceret. Et
querētes eū tenere, timuerunt
turbas: quoniā ſicut prophe- ps.
tā euȝ habebāt. Offer. Dñe 69
in auxiliū meuȝ reſpice: cōfun-
dātur, ⁊ reuereāt qui q̄rūt aīā
meā, vt auferāt: eā dñe in auxili
um meum reſpice. Secreta.
Hec in nobis ſacrificia de
us, ⁊ actione ꝑmaneant:
⁊ operatione firmentur. Per.
Comunio. Tu dñe ſeruabis ps.
nos: ⁊ cuſtodies nos à gene- 11.
ratiōe hac in eternū.
Hec nos, q̄s dñe, accepto
pignore ſalutꝭ eterne, ſic
tendere congruenter: vt ad eā
peruenire poſsimus. Per do-
minum. Sup populuȝ. Orō.
Da, q̄s dñe, pplo tuo ſalu
teȝ mentis ⁊ corporis: vt
bonis operibus inherēdo, tue
ſemper virtutis mereatur pro
tectione defendi. Per dñm.
¶ Sabb. Statio ad ſan. mar
cellinum ⁊ Petruȝ. Introit⁹.
Lex dñi irrep̄heſibi- ps.
lis cōuertēs animas: 18.
teſtimoniuȝ dñi fide
le, ſapiētiā p̄ſtās par
uulis. Ps. Celi enarrāt gl'iaȝ ibi.
dei: ⁊ opa manuuȝ eius annū-
ciat firmamētū. ℣. Gl'ia. Orō.
Da, q̄ſumus, domine, nr̄is
effectum ieiunijs ſaluta
rem: vt caſtigatio carnis aſſum

pta: ad noſtrarū vegetationē tranſeat animarum. Per do.

Ad poſcenda ſuffra. ſanctoꝝ.

A Cūctis nos, que (Oꝛo. ſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente glorioſa virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuꝫ, Petro ⁊ paulo, atqꝫ beato. N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroꝛibꝰ vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundem dominū. Et ꝓ viuis ⁊ defunctis generaliter. Oꝛatio.

O Mnipotens ſempiterne deus, qui viuoꝛum dominaris ſimul ⁊ moꝛtuoꝛum: omniumqꝫ miſereꝛ, quos tuos fide ⁊ ope futuros eſſe pnoſcis: te ſupplices exoꝛamꝰ: vt ꝓ quibus effundere pces decreuimꝰ: quoſqꝫ vel pſens ſeculū adhuc in carne retinet: vel futurū iaꝫ exutos coꝛpoꝛe ſuſcepit: intercedētibꝰ oībꝰ ſanctꝫ tuꝫ, pietatꝫ tuę clemētia, oīum delictoꝝ ſuoꝝ veniā ꝯſequātur. p. Lco. libꝛi Geneſis. capitulo. xxvij.

I N diebꝰ illꝫ. Dixit rebecca filio ſuo Jacob. Audiui patrem tuū loquentē cuꝫ Eſau fratre tuo: ⁊ dicenteꝫ ei. Affer mihi de venatiōe tua: ⁊ fac cibos, vt comedam, ⁊ benedicā tibi coꝛā dño, anteqꝫ moriar. Nunc ergo fili mi acqeſce conſilijs meꝫ: ⁊ pergēs ad gregeꝫ, affer mihi duos hędos optimos: vt faciā ex eꝫ eſcas patri tuo, quibꝰ libēter veſcitur. Quas cum attulerꝫ, ⁊ comederit: bñdicat tibi priuſqꝫ moꝛiatur. Cui ille rñdit. Noſti qꝫ Eſau frater meus homo piloſus ſit: ⁊ ego lenis: ſi attrectauerit me pr̄ meus, ⁊ ſenſerit: timeo ne putet me voluiſſe ſibi illudere: ⁊ inducat ſuper me maledictionem pꝛo benedictiōe. Ad quem mater. In me ſit ait iſta maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, ⁊ pergens: affer q̄ dixi. Abijt, ⁊ attulit: deditqꝫ matri ſuę. Parauit illa cibos, ſicut nouerat velle patrem illius ⁊ veſtibus Eſau valde bonis, q̄s apud ſe habebat domi, induit eū: pelliculaſqꝫ hędoꝝ circūdedit manibus ⁊ colli nuda ꝓtexit. Deditqꝫ pulmētuꝫ, ⁊ panes quos coxerat, tradidit. Quibꝰ illatꝫ, dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitqꝫ Jacob. Ego ſum Eſau pꝛimogenitꝰ tuꝰ: feci ſicut pꝛecepiſti mihi. Surge: ſede, ⁊ comede de venatione mea: vt bñdicat mihi aīa tua. Rurſuꝫ Iſaac ad fi

liũ ſuũ: quomodo inqt tã cito i uenire potuiſti fili mi? Qui rñ= dit. Voluntas dei fuit: vt citò mihi occurreret quod volebã. Dixitq; Iſaac. Accede huc vt tãgã te fili mi: ꝛ ꝓbem vtrũ tu ſis filius me⁹ Eſau, an nõ. Acceſsit ille ad patrez: ꝛ pal= pato eo, dixit Iſaac. Vox qui= dẽ, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. Et nõ cog nouit eũ: qꝛ piloſe manus ꝛ ſi= militudinẽ maioꝝ expreſſerat. Bñdicẽs ergo illi ait. Tu es fi lius me⁹ Eſau? Rñdit. Ego ſuz. At ille: affer inquit mihi ci bos, ꝺ venatione tua fili mi: vt benedicat tibi aĩa mea. Quos cũ oblatos comediſſet: obtulit ei etiã vinũ. Quo hauſto dixit ad euz. Accede ad me, ꝛ da mi hi oſculũ fili mi. Acceſsit: ꝛ o= ſculat⁹ eſt eũ. Statiq; vt ſenſit veſtimẽtoꝝ illi⁹ fragrantiã bñ dicẽs ait. Ecce odoꝛ fili mi, ſi= cut odoꝛ agri pleni, cui bñdixit dñs. Det tibi de⁹ de roꝛe celi: ꝛ de pinguedine terrę, abũdã= tiã frumenti vini ꝛ olei: ꝛ ſerui= ãt tibi ppl'i: ꝛ adoꝛẽt te trib⁹. Eſto dñs frm tuoꝝ: ꝛ incur= uẽtur ãte te, filij mr̃is tuę. Qui maledixerit tibi: ſit ille male= dictus: qui bñdixerit tibi: bene dictionib⁹ repleaẗ. Vix Iſaac ſermonẽ impleuerat: ꝛ egreſſo

Iacob foꝛas venit Eſau: co= ctoſq; de venatiõne cibos, itu= lit pr̃i dicens. Surge pr̃ mi: ꝛ comede de venatione filij tui: vt bñdicat mihi aĩa tua. Dixit q; illi Iſaac. Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego ſum filius tu⁹ pꝛimogenit⁹ Eſau. Expauit Iſaac ſtupoꝛe vehemẽti: ꝛ vl= traq; credi põt admirans ait. Quis ergo ille eſt, qui dudũ ca ptã venatiõnẽ, attullit mihi: ꝛ comedi ex oĩb⁹ pꝛiuſq; tu veni res? Bñdixiq; ei ꝛ erit bñdit⁹ Auditis Eſau ſmonib⁹ pr̃is: irrugijt clamoꝛe magno: ꝛ cõ= ſternat⁹ ait. Bñdic eniz ꝛ mi= hi pr̃ mi. Qui ait. Venit ger= man⁹ tu⁹ fraudulenter ꝛ acce pit bñdictionẽ tuã. At ille ſub iũxit. Iuſte vocatũ ẽ nomẽ ei⁹ Iacob. Supplãtauit eniz me en altera vice. Pꝛiogẽita mea ãtetulit: ꝛ nunc ſcd̃o ſurripuit benedictionem meam. Rur= ſumq; ad patrẽ. Nũquid nõ ſ= uaſti: ait ꝛ mihi benedictionẽ? Reſpondit Iſaac. Dominuz tuum cõſtitui: ꝛ oẽs fratres ſu= os ſuituti illi⁹ ſubiugaui. Fru mento ꝛ vino ꝛ oleo ſtabiliui eum: tibi poſt hęc, fili mi vltra quid faciam. Cui Eſau. Nuz vnam inquit tantum benedi= ctionẽ habens pr̃. Mihi quo= q;: obſecro vt bñdicas. Cũq;

eiulatu magno fleret, motus
Iſaac dixit ad eũ. In pingue-
dine terre: ⁊ in rore celi deſup
erit bñdictio tua. Graduale.
Ps. 91. Bonum eſt cõfiteri dño, ⁊ pſal
lere nomini tuo altiſsime. ℣.
Ad ãnunciandũ mane mĩaꝫ
tuã: ⁊ ỽitatẽ tuam per noctes.
Sequentia ſancti euangelij ſe
cũdum Lucam. capitulo. xv.

In illo tpe, Dixit Jeſus
diſcipulꝫ ſuis, parabolaꝫ
hãc. Homo qdam habuit du-
os filios: ⁊ dixit adoleſcẽtior ex
illꝫ prĩ. Pr̃, da mihi portioneꝫ
ſubſtãtie: q̃ me ɔtingit. Et di-
uiſit illꝫ ſubſtantiã. Et nõ poſt
multos dies: ɔgregatꝫ oĩbus:
adoleſcẽtior filiꝰ: peregre ꝓfe
ctꝰ eſt in regionẽ longinquaꝫ:
⁊ ibi diſſipauit ſubſtãtiaꝫ ſuã vi
uẽdo luxurioſe. Et poſtq̃ꝫ ɔſu
maſſet oĩa: facta eſt fames vali
da ĩ regiõe illa: ⁊ ipſe cepit ege
re. Et abijt ⁊ adheſit vni ciuiũ
regiõis illiꝰ: ⁊ miſit illũ in villã
ſuã vt paſceret porcos. Et cu-
piebat iplere vẽtrẽ ſuũ ꝺ ſiliqs
q̃s porci mãducabãt: ⁊ nemo
illi dabat. In ſe autẽ reuerſus
dixit. Quanti mercenarij in do
mo patris mei, abũdant pani-
bus: ego autẽ hic fame pereo.
Surgã ⁊ ibo ad prẽꝫ meũ: ⁊ di
cã ei. Pr̃ peccaui in celũ ⁊ co-
rã te: iaꝫ nõ ſuꝫ dignꝰ vocari fi-
liꝰ tuꝰ: fac me ſicut vnũ ex mer
cẽnarijs tuꝫ. Et ſurgẽs venit
ad patrẽ ſuũ. Cũ autẽ ad huc
lõge eſſet: vidit illuꝫ pr̃ ipſiꝰ: ⁊
mia motꝰ eſt. Et occurẽs ceci-
dit ſup collũ eius: ⁊ oſculatꝰ eſt
eũ. Dixitq̃ꝫ ei filiꝰ. Pr̃: pecca-
ui in celũ ⁊ corã te: iaꝫ nõ ſuꝫ di
gnꝰ vocari filiꝰ tuꝰ. Dixit aũt
pr̃ ad ſeruos ſuos. Cito ꝓfer
te ſtolã ꝑmaꝫ: ⁊ induite illuꝫ: ⁊
date ãnuluꝫ in manu eiꝰ: ⁊ cal-
ciamẽta in pedes eius. Et ad
ducite vitulũ ſaginatũ ⁊ occidi
te, vt mãducemꝰ, ⁊ epulemur:
qꝛ hic filiꝰ meꝰ mortuꝰ erat ⁊ re
uixit: pierat ⁊ iuẽtus eſt. Et ce-
perũt epulari. Erat aũt filius
eiꝰ ſenior ĩ agro. Et cũ veniret
⁊ appropinq̃ret domui: audi-
uit ſymphoniã ⁊ choꝝ. Et vo
cauit vnũ ꝺ ſeruꝫ: ⁊ interroga-
uit q̃ hec eſſent. Iſq̃ꝫ dixit illi.
Frat̃ tuꝰ venit: ⁊ occidit pr̃ tu
us vitulũ ſaginatũ: qꝛ ſaluũ il-
lũ recepit. Indignatꝰ eſt autẽ
⁊ nõlebat ĩtroire. Pr̃ ergo illiꝰ
egreſſus cepit rogare eũ. At il
le reſpõdens dixit prĩ ſuo. Ec-
ce tot ãnis ſuio tibi, ⁊ mãdatũ
tuũ nunq̃ꝫ ꝑteriui: ⁊ nũq̃ꝫ dedi
ſti mihi hedũ: vt cũ amicꝫ meꝫ
epularer. Sed poſtq̃ꝫ filiꝰ tuꝰ
hic: qui deuorauit ſubſtantiaꝫ
ſuaꝫ cum meretricibus: venit:
occidiſti vitulum ſaginatũ. At

ipſe dixit illi. Fili tu ſemp me-
cũ es: ⁊ oĩa mea tua ſunt. Epu
lari aũt, ⁊ gaudere oportebat:
qꝛ frater tuꝰ hic mortuus erat,
ps. ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuẽtꝰ eſt.
12. Offertorio. Illumina oculos
meos, ne vnq̃ꝫ obdormiam in
morte: ne quãdo dicat inimicꝰ
meꝰ, ꝓualui aduerſꝰ eũ. Sec.
HIs ſacrificijs dñe conce
de placatus: vt qui pro-
prijs oramus abſolui delictis:
non grauemur externis. Per
dominũ noſtrum. Cõmunio.
luc. Oportet te fili gaudere: qꝛ fra
15. t tuꝰ: mortꝰ fuerat, ⁊ reuixit pe
rierat, ⁊ inuẽtꝰ eſt. Poſt cõm.
SAcramẽti tui domine di-
uina libatio penetralia
nr̃i cordis infundat: ⁊ ſui nos
participes potenter efficiat. ꝑ
dñm. Super populũ. Oratio.
FAmiliã tuaꝫ, queſumus
dñe, continua pietate cu
ſtodi: vt que in ſola ſpe gratie
celeſtis innititur: celeſti etiam
ꝓtectione muniatur. Per do.
¶ Dñica.iij.in.xl. Statio ad
ſctĩ. Lau. extra muros. Intro.
ps. Oculi mei ſemp ad
24. dñm: quia ipſe euel
let ꝺ laqueo pedes
meos: reſpice in me,
⁊ miſerere mei: quoniã vnicus
⁊ pauper ſum ego. ps. Ad te
ibi. domine leuaui animam meaꝫ:

deus meus in te confido non
erubeſcam. ℣. Gloria. Oratio.
QUeſumus oĩps deus, vo-
ta humiliũ reſpice: atq̃ꝫ
ad defenſionẽ nr̃aꝫ, dexteram
tue maieſtatis extẽde. Per do
minum noſtrũ. Ad poſcenda
ſuffragia ſanctorum. Oratio.
ACunctis nos, queſumus
domine, mentis ⁊ corpo-
ris defende periculis: ⁊ inter-
cedẽte glorioſa virgine, dei ge
nitrice Maria, cum beatis a-
poſtolis tuis, Petro ⁊ Paulo,
atq̃ꝫ beato. N. ⁊ omnibꝰ ſan-
ctis, ſalutẽ nobis tribue beni-
gnꝰ ⁊ pacẽ: vt ꝺſtructis aduer
ſitatibus, ⁊ erroribus vniuer-
ſis: eccleſia tua ſecura tibi ſui
at libertate. Per eũ. Et ꝓ vi-
uis ⁊ defunctis gñaliter. Oro.
OMĩps ſempiterne deꝰ: q̃
viuorũ dñarꝫ ſimul ⁊ mor
tuorũ: oĩumq̃ꝫ miſereris, quos
tuos fide ⁊ opere futuros eſſe
pnoſcis: te ſupplices exora-
mus, vt pro quibus effundere
preces decreuimꝰ: quoſq̃ꝫ vel
preſens ſeculũ adhuc in carne
retinet: vel futurũ iam exutos
corpore ſuſcepit: interceden-
tibus omnibꝰ ſanctis tuis, pie
tatis tue clementia, omniũ de-
lictorũ ſuorũ veniã cõſequant̃.
ꝑ dñm. Lectio epiſtole beati
pauli apl̃i. ad Epheſios. ca. v.

Fratres. Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi: ꝛ ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit nos: ꝛ tradidit ſemetipſũ ꝓ nobis oblationem ꝛ hoſtiam deo in odorẽ ſuauitatis. Fornicatio aũt: ꝛ omnis immundicia, aut auaritia: nec nominetur in vobis: ſicut decet ſanctos: aut turpitudo: aut ſtultiloquiũ: aut ſcurrilitas, que ad rem non pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc autẽ ſcitote, intelligẽtes, q᷑ oĩs fornicator, aut immundus: aut auarus: quod eſt idolorum ſeruitus: nõ habet hereditatem in regno Chr̃i ꝛ dei. Nemo vos ſeducat inanib⁹ verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici ꝑticipes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autẽ lux in domino: vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ enim lucis eſt in omni bonitate, ꝛ iuſtitia, ꝛ veritate. Grad. Exurge dñe, nõ preualeat homo: iudicẽtur gẽtes in cõſpectu tuo. ℣. In conuertẽdo inimicum meũ retrorſum: infirmabuntur, ꝛ peribunt à facie tua. Tract⁹. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorũ in manibus dominorũ ſuorũ. ℣. Et ſicut oculi ancille in manibus dñe ſue: ita oculi nr̃i ad dñm deũ nr̃um, donec miſereat̃ nr̃i. ℣. Miſerere nobis dñe: miſerere nobis. Sequentia ſancti euangelij ſ᷑m Lucã. ca. xi.

In illo tempore. Erat ieſus eijciens demoniuz: ꝛ illud erat mutum. Et cùm eieciſſet demoniũ, locutus eſt mut⁹: ꝛ admirate ſunt t̃be. Quidam autem ex eis dixerũt. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et alij tentantes, ſignum de celo q̃rebãt ab eo. Ipſe autẽ vt vidit cogitationes eorũ: dixit. Oẽ regnũ in ſe ipſum diuiſum, d̃ſolabitur: ꝛ domus ſupra domum cadet. Si autẽ ꝛ ſathanas in ſeipſuz diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnum ipſius: q᷑ dicitis in beelzebub eijcere me d̃monia? Si autem ego in beelzebub eijcio demonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices vr̃i erũt. Porro ſi in digito dei eijcio demonia: ꝑfecto peruenit in vos regnũ dei. Cũ fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt oĩa q̃ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniẽs, vicerit eum: vniuerſa arma eius auferet, in quibus cõfidebat: ꝛ ſpolia eius diſtribuet. Qui nõ eſt mecũ, aduerſum me eſt: ꝛ q̃ nõ

colligit mecũ diſperſit. Cũ im-
mũdus ſpiritus exierit ab ho-
mie: ãbulat p loca arida ⁊ ina-
quoſa: q̃rens requiẽ ⁊ nõ inue
niẽs dicit. Reuertar in domũ
meã vñ exiui. Et cũ venerit, in
ueniet eã vacãtẽ: ſcopis mũda
tã ⁊ ornatã. Et tũc vadit ⁊ aſſu
mit ſecũ, ſeptẽ alios ſpũs neq̃o
res ſe: ⁊ in greſsi habitant ibi.
Et fiũt nouiſsima hoĩs illius:
peiora priorib⁹. Factũ ẽ autẽ
cũ hec diceret: extollẽs vocẽ q̃
dã mulier ď turba dixit illi. Be
at⁹ vẽter q̃ te portauit: ⁊ vbe-
ra q̃ ſuxiſti. At ille dixit. Quĩ-
nimmo: bti q̃ audiũt vbũ dei:
⁊ cuſtodiũt illud. Offer. Iuſti
ps. 18. tie dñi recte letificãtes corda:
⁊ dulciora ſup mel ⁊ fauũ: nã ⁊
ſeruus tuus cuſtodit ea. Sec.

Hec hoſtia q̃s dñe, emun-
det nr̃a delicta: ⁊ ad ſacri
ficiũ celebrãdũ: ſubditorũ tibi
corpora, mẽteſq; ſanctificet. p.

Exaudi nos de⁹ (alia ſec.
ſalutaris nr̃ vt p huius ſa
cri virtutẽ a cũctis nos mẽtis
⁊ corpis hoſtibus tuearis: grã
tribuẽs i pñti: ⁊ gl̃iã i futuro p.

Deus cui ſoli (Alia ſec.
cognit⁹ eſt numer⁹ electo
rum: in ſupna felicitate locãd⁹:
tribue q̃s: vt intercedentib⁹ õ
nib⁹ ſctis tuis: vniũſorũ quos
in oõne cõmẽdatos ſuſcepim⁹
⁊ nomina oĩuz fidelium beate
pdeſtinatiõis liber aſcripta re
tineat. p. Cõio. Paſſer iuenit ps. 83.
ſibi domũ: ⁊ turtur nidũ vbi re
ponat pullos ſuos: altaria tua
dñe virtutũ rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹:
beati q̃ habitãt i domo tua, i ſe
culũ ſcl̃i laudabũt te poſt cõio.

A cũctis nos q̃s dñe, rea
tib⁹: piculis: ppitiat⁹ ab
ſolue: quos tanti myſterij tri-
buz eſſe pticipes. Per dominũ
noſtrum Jeſum. Alia poſt

Mundet ⁊ muniat (cõio.
q̃s dñe diuini ſacri mun⁹
oblatũ: ⁊ intercedẽte btã vir-
gine dei genitrice maria: cũ be
atis aplis tuis: petro ⁊ paulo:
atq; btõ. N. ⁊ õnib⁹ ſanctis: a
cũctis nos reddas: ⁊ pue ſita
tibus expiatos: ⁊ aduerſitab⁹
expeditos. Per dñum noſtruz
Jeſum. Alia poſt Cõmunio.

Purificent nos, q̃s oĩps ⁊
miſericors deus ſacramẽ
ta q̃ ſũpſimus: ⁊ intcedẽtibus
õnibus ſãctis tuis: pſta: vt hoc
tuũ ſacramẽtũ: nõ ſit nobis re
atus ad penã: ſ; interceſsio ſa
lutaris aduenĩã: ſit ablutio ſce
lerũ: ſit fortitudo fragiliuz: ſit
cõtra õĩa mũdi picula firma-
mẽtũ, ſit viuorũ atq; mortuorũ
fideliũ remiſsio omniũ delictõ
rũ. p. ¶ Feria ſcda. Statio ad
ſanctum Marcũ. Introitus.

In deo laudabo verbū: in dño laudabo ſmonez: in deo ſperabo: nō timebo qd faciat mihi homo. ps. Miſerere mei de⁹: quoniā cōculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. v. Gloria. Orati.

Cordibus nr̄is queſum⁹ dñe, grāz tuaz benignus infunde: vt ſicut ab eſcis carnalib⁹ abſtinemus, ita ſenſus quoq3 nr̄os a noxijs, retrahamus exceſſib⁹. Per dominū.

Ad poſcen. ſuffra. ſctōꝝ. orō.

A Cunctis nos, queſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedēte glorioſa virgine, dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis, Petro ⁊ Paulo, atq3 beato. N. ⁊ omnib⁹ ſanctis, ſalutē nobis tribue benign⁹ ⁊ pacē: vt dſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis: eccleſia tua ſecura tibi ſuiat libertate. Per. Et ꝓ viuis ⁊ defunctis generaliter. Orō.

Omp̄s ſempiterne de⁹: q̄ viuoꝝ dñarz ſimul ⁊ mortuoꝝ: oīumq3 miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe prenoſcis: te ſupplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuim⁹: quoſq3 vel preſens ſeculū adhuc in carne retinet: vel futurū iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnib⁹ ſanctis tuis, pietatis tue clementia, omniū delictoꝝ ſuoꝝ veniā cōſequant̄. p.

Lectio libri. Reg. iiij. ca. v.

In diebus illis. Naaman prīceps militie regis ſyrie: erat vir magnus apud dñz ſuū ⁊ honoratus. Per illū enī dedit dñs ſalutē ſyrie. Erat autem vir fortis ⁊ diues: ſed leꝓſus. Porro de ſyria, egreſſi fuerant latrūculi: ⁊ captiuam duxerāt de terra Jſraël, puellā paruulā: que erat in obſequio vxoris naamā. Que ait ad dominā ſuā. Utinā fuiſſet dominus me⁹, ad ꝓphetā: qui eſt in ſamaria: ꝓfecto curaſſet eum a lepra quā habet. Ingreſſus eſt itaq3 naamā ad dñm ſuum ⁊ nunciauit ei dicēs. Sic ⁊ ſic locuta eſt puella de terra Jſraël. Dixitq3 ei rex ſyrie. Uade ⁊ mittam litteras ad regē Jſraël. Qui cū ꝓfect⁹ eſſet: ⁊ tuliſſet ſecū decē talenta argēti: ⁊ ſex milia aureos: ⁊ decē mutatoria veſtimētoꝝ: detulit litteras ad regē Jſraël in hec verba. Cūq3 acceperz epiſtolam hāc: ſcito q̄ miſerim ad te naamā ſeruū meū, vt cures eum a lepra ſua. Cūq3 legiſſet rex Jſraël litteras: ſcidit veſtimen

ta ſua: miſit ad eum, dicens.
Cur ſcidiſti veſtimẽta tua? Ve
niat ad me: ⁊ ſciat ꝓphetã eſſe
in Iſraël. Venit ergo Naamã
cũ equis, ⁊ curribus: ⁊ ſtetit ad
oſtiũ domus heliſei. Miſitq́ꝫ
ad eũ Heliſe⁹ nũciuꝫ, dicens.
Uade, ⁊ lauare ſepties in ior
dane: ⁊ recipiet ſanitatẽ caro
tua: atq́ꝫ mũdaberis. Iratus
Naamã: recedebat, dicẽs. Pu
tabaꝫ ꝙ egrederetur ad me: ⁊
ſtans inuocaret nomeꝫ dñi dei
ſui: ⁊ tangeret manu ſua locuꝫ
lepre: ⁊ curaret me. Nunq̃d nõ
meliores ſunt abana, ⁊ phar
far: fluuij damaſci, omnibus a
quis Iſraël: vt lauer in eis, ⁊
munder? Cum ergo vertiſſet
ſe: ⁊ abiret indignans: acceſ
ſerũt ad eũ ſerui ſui, ⁊ locuti ſunt
ei. Pr̃, ⁊ ſi rẽ grandẽ dixiſſet ti
bi ꝓpheta, certe facere debue
ras: quantomagiſ, q2 nũc dixit
tibi, lauare: ⁊ mũdaberis? De
ſcendit, ⁊ lauit in iordane ſe
pties, iuxta ſermonẽ viri dei: ⁊ re
ſtituta eſt caro eius, ſicut caro
pueri paruuli: ⁊ mũdatus eſt.
Reuerſuſq́ꝫ ad virũ dei, cũ vni
uerſo comitatu ſuo: venit, ⁊ ſte
tit coraꝫ eo: ⁊ ait. Vere ſcio, ꝙ
nõ ſit de⁹ alius in vniuerſa ter
ra: niſi tantũ dñs deus. Iſraël
ps. 55. Grad. Deus vitaꝫ meam nũ
ciaui tibi: poſuiſti lachrymas
meas in conſpectũ tuo. ℣. Mi
ſerere mei dñe, quoniaꝫ cõcul ps.
cauit me hõ: tota die bellans, 6.
tribulauit me. Tract⁹. Domi ps.
ne nõ ſecunduꝫ peccata nr̃a q̃ 16.
fecim⁹ nos: neq́ꝫ ſecunduꝫ ini ps.
q̃tates nr̃as retribuas nobꝫ. 65.
℣. Dñe ne memineris iniqui ps.
tatuꝫ nr̃aꝝ antiquaꝝ: cito an 78.
ticipẽt nos mĩe tue, q2 paupe
res facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiu ibi.
ua nos de⁹ ſalutarꝫ nr̃ ⁊ ꝓpter
glĩaꝫ nĩs tui dñe libera nos: ⁊
ꝓpitius eſto pc̃tꝫ nr̃is, ꝓpter
nomẽ tuũ. Seq̃ntia ſ. euã. ſm
IN illo tp̃e. Di Luc. c. iiij.
xerũt phariſei ad ieſum.
Quanta audiuim⁹ facta in ca
pharnaũ: fac ⁊ hic ĩ patria tua.
Ait aũt. Amẽ dico vobꝫ, q2 ne
mo ꝓpheta accept⁹ ẽ ĩ patria
ſua. In veritate dico vobꝫ: mul
te vidue erãt in diebus Helie
in Iſraël: qñ clauſuꝫ eſt celum
annis tribus ⁊ menſib⁹ ſex: cũ
facta eſſet fames magna in oĩ
terra: ⁊ ad nullaꝫ illaruꝫ miſſ⁹
eſt Helias: niſi in sareptaꝫ ſy
donie, ad mulierẽ viduaꝫ. Et
multi leproſi erant in Iſraël ſub
heliſeo propheta: ⁊ nemo eoꝝ
mundat⁹ eſt, niſi Naaman ſy
rus. Et repleti ſunt oẽs in ſy
nagoga ira, hec audiẽtes. Et
ſurrexerunt: ⁊ eiecerũt euꝫ ex
tra ciuitatẽ: ⁊ duxerunt illum

vſq3 ad ſupercilium montis, ſu-
per quem ciuitas eorum erat
edificata: vt precipitarẽt eu3.
Ipſe autẽ tranſiẽs, per mediũ
illorum ibat. Offertorium.
Exaudi deus orationẽ mea3:
& ne deſpexeris deprecationẽ me
ã: itẽde in me: & exaudi me. Sec.
Munus quod tibi dñe no-
ſtre ſeruitutis offerimus,
tu ſalutare nobis perfice ſacra-
mẽtu3. Per dominu3. Cõio.
Quis dabit ex ſyon ſalutare iſ-
rael: cu3 auerterit dñs captiui
tate3 plebis ſue, exultabit Ja-
cob, & letabit iſrael. Poſt cõio.
Preſta q̃s omnipotens &
miſericors deus: vt quod
ore contingim9, puramẽte ca-
piam9. p. Super ppl'm. Orõ.
Subueniat nobis dñe mi
ſericordia tua: vt ab im-
minentibus peccatorũ noſtro
ru3 periculis, te mereamur pro-
tegente eripi: te liberante ſal-
uari. Per dominum noſtrum
Jeſũ. ¶ Feria tertia. Statio
ad ſctã potentianã. Introit9.
Ego clamaui, quoni
am exaudiſti me de9:
inclina aurem tuã &
exaudi verba mea:
cuſtodi me dñe vt pupillã ocu-
li: ſub vmbra alaru3 tuaru3 pro-
tege me. ps. Exaudi domine
iuſtitiã meã: intende deprecatio
nem meã. ℣. Gloria. Oratio.
Exaudi nos omnipotens
& miſericors deus: & con
tinentie ſalutaris propiti9 no-
bis dona concede. Per. Ad
poſcen. ſuffragia. ſctõ. Orõ.
A cunctis nos, q̃s dñe, mẽ
tis & corporis defende pi
culis: & intercedẽte glorioſa vir-
gine dei genitrice maria, cum
beatis apl'is tuis, Petro & pau-
lo, atq3 beato. N. & õnibus ſan
ctis, ſalutẽ nobis tribue beni-
gn9 & pacem: vt deſtructis ad-
uerſitatib9 & erroribus vniuer
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſerui-
at libertate. p. Et pro viuis &
defunctis generaliter. Oratio.
Omnipotens ſempiterne
de9, q̃ viuorum dñaris ſimul
& mortuorum: omniumq3 miſereris,
quos tuos fide & ope futuros
eſſe pnoſcis: te ſupplices exo-
ram9, vt pro quib9 effundere pre-
ces decreuim9: quoſq3 vel pre-
ſens ſeculũ adhuc in carne re-
tinet: vel futurum ia3 exutos cor-
pore ſuſcepit: intercedẽtibus
oibus ſanctis tuis, pietatis tue
clementia, omniu3 delictorum
ſuorum veniã conſequãtur. p.
Lectio libri regum. iiij. ca. iiij.
In diebus illis. Mulier
quedã clamabat ad heli
ſeu3 prophetam, dicẽs. Ser-
uus tu9 vir meus mortu9 eſt: &

tu noſti, q2 ſeruus tuus fuit timẽs deũ. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos, ad ſeruiendũ ſibi. Cui dixit heliſeus. Quid vis, vt faciã tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa rñdit. Nõ habeo ãcilla tua quicq̃ in domo mea: niſi parũ olei, quo vngar. Cui ait. Uade, ꝛ pete mutuò ab oĩbus vicinis tuis vaſa vacua non pauca: ꝛ ingredere, ꝛ claude oſtiũ tuũ. Et cũ intrinſecus fueris tu ꝛ filij tui: mitte ĩde in oĩa vaſa hec: ꝛ cũ plena fuerint, tolles. Fuit itaq̃ mulier: ꝛ clauſit oſtium ſuper ſe: ꝛ ſup filios ſuos. Illi offerebant vaſa: ꝛ illa infundebat. Cũq̃ plena fuiſſent vaſa: dixit ad filium ſuum. Affer mihi adhuc vas. Et ille rñdit. Nõ habeo. Stetitq̃ oleũ. Uenit aũt illa: ꝛ indicauit homini dei. Et ille. Uade, inquit, vẽde oleũ: ꝛ redde creditori tuo. Tu autẽ ꝛ fi-
ps. 18. lij tui, viuite de reliquo. Grad.
Ab occultis meis munda me dñe: ꝛ ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei nõ fuerint dominati: tunc immaculatus ero: ꝛ emundabor à delicto maximo.

Sequẽtia ſ. euã. ſm. Matth.

In illo tempore, (ca. xviij. Reſpiciẽs Jeſus in diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade ꝛ corripe eũ inter te ꝛ ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fratrem ſuũ Si autem te nõ audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duoꝝ vel triũ ſtet omne verbum. Q̃ ſi nõ audierit eos: dic eccleſie. Si autem eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus, ꝛ publicanus. Amen dico vobis: quecũq̃ alligaueritis ſuper terraꝫ: erunt ligata ꝛ in celo: ꝛ quecũq̃ ſolueritis ſuper terram: erunt ſoluta ꝛ in celo. Iteꝝ dico vobis, q2 ſi duo ex vobis cõſeſerint ſuper terram de omni re quãcũq̃ petierint, fiet illꝫ à pr̃e meo, q̃ in celis eſt. Ubi eni ſunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſuꝫ ĩ medio eoꝝ. Tũc accedens ad eũ Petrus, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus: ꝛ dimittaꝫ ei. Uſq̃ ſepties? Dixit illi Jeſ9. Non dico tibi vſq̃ ſepties: ſed vſq̃ ſeptuagies ſepties. Offertorium. Dextera dñi fecit v- ps 117
tutem: dextera domini exaltauit me: nõ moriar, ſed viuam: ꝛ narrabo opera dñi. Secreta.

Per hec veniat, queſum9 domine, ſacramenta nr̃e redemptionis effect9: qui nos ꝛ ab humanis retrahat ſemp

exceſsibus: ⁊ ad ſalutaria do-
na perducat. Per do. Cōio.
8. Domine, quis habitabit in ta
4. bernaculo tuo: aut quis requi
eſcet in monte ſancto tuo: qui
ingreditur ſine macula, ⁊ ope-
ratur iuſtitiā. Poſt cōmunio.
Sacris dn̄e myſterijs ex-
piati, ⁊ veniā, q̄ſumus, cō
ſequamur, ⁊ gratiā. Per domi
nū. Sup populum. Oratio.
Tua nos dn̄e protectione
defende: ⁊ ab oī ſemp ini
q̄tate cuſtodi. P. ¶ Feria. iiii.
Statio ad ſctū Sixtꝰ. Introi.
Ego autē in dn̄o ſpe
rabo: exultabo, ⁊ le
tabor in tua miſeri-
cordia: q: reſpexiſti
humilitatē meā. ps. In te do
mine ſperaui, nō confundar in
ęternum: in iuſtitia tua libera
me, ⁊ eripe me. ℣. Glia. Orō.
Preſta nobis, q̄s dn̄e, vt
ſalutaribus ieiunijs eru-
diti: a noxijs quoq; vitijs abſti
nētes, propitiationē tuā facili-
us impetremus. Per. Ad po
ſcē. ſuffragia ſanctoꝝ. Oratio.
A Cunctis nos, q̄s dn̄e, mē
tis ⁊ corporis defende pe
riculis: ⁊ intercedente glorio-
ſa virgine, dei genitrice Ma-
ria, cum beatis apoſtolis tuis,
Petro ⁊ Paulo, atq; beato.
N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutē

nobis tribue benignus ⁊ pa-
cem: vt deſtructis aduerſitati-
bꝰ ⁊ erroribꝰ vniuerſis, eccle
ſia tua ſecura tibi ſeruiat liber
tate. Per eūdē. Et pro viuis
⁊ defunctis generaliter. Orō.
Omnipotēs ſempiterne deus,
qui viuorū dn̄aris ſimul
⁊ mortuorū: omniūq; miſere-
ris, quos tuos fide ⁊ opere fu-
turos eſſe pręnoſcis: te ſuppli-
ces exoramꝰ, vt pro quibꝰ effun
dere p̄ces decreuimꝰ: quoſq;
vel p̄ſens ſęculū adhuc in car-
ne retinet: vel futurū iam exu
tos corpore ſuſcepit: interce-
dentibus omnibus ſanctis tu
is, pietatis tuę clementia oīū
delictorum ſuorum veniā con-
ſequantur. Per dominū. Le-
ctio libri Exodi. Capitulo. xx.
Hec dicit dominus deus.
Honora patrē tuū, ⁊ ma
trē tuā: vt ſis longeuus ſuper
terrā: quā dn̄s deus tuus da-
bit tibi. Non occides. Nō me-
chaberis. Nō furtum facies.
Nō loqueris contra proximū
tuū falſum teſtimoniū. Nō cō-
cupiſces domū proximi tui: nec
deſiderabis vxorē eius: nō ſer-
uū: nō ancillā: nō bouē: nō aſi-
num: nec omnia q̄ illius ſunt.
Cūctus autē populus audie-
bat voces: ⁊ videbat lāpades:
⁊ ſonitum buccinę: montēq;

fumigantez. Et perterriti, ac pauore concuſſi: ſteterunt pro cul, dicentes Moyſi. Loque re tu nobis: ⁊ audiemus. Non loquat̃ nobis dñs: ne forte mo riamur. Et ait moyſes ad populuz. Nolite timere. Ut eniz probaret vos venit deus: ⁊ vt terror illi⁹ eſſet in vobis: ⁊ nõ peccaretis. Stetitq̃ʒ popul⁹ de longe: Moyſes autez acce ſsit ad caliginem: in qua erat deus. Dixitq̃ʒ p̃tereà domin⁹ ad Moyſen. Hec dices filijs Iſraël. Uos audiſtis q̈ de ce lo locutus ſum vobis. Nõ facietis deos argẽteos: nec deos aureos facietis vob̃. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis ſup̱ illud holocauſta, ⁊ pacifica veſtra: oues vr̃as: ⁊ boues in omni loco, in quo memoria fuerit noĩs mei. Grad.

Miſerere mei dñe, q̃m ĩfirm⁹ ſum: ſana me dñe. ℣. Conturbata ſũt omnia oſſa mea: ⁊ aĩa mea turbata eſt valde. Trac.

ps. 102 Dñe, nõ ſm peccata noſtra, q̃ fecim⁹ nos: neq̃ʒ ſm iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣.

p̃s. 87. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtraꝝ antiquarũ: citò anticipent nos miſericordie tue: q2 paupes facti ſum⁹ nimis. Adiuua nos de⁹ ſalutaris nr̃: ⁊ propter gloriaʒ nominis tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius eſto pctis nr̃is, ꝓpter nomen tuũ.

Sequentia ſancti euãgelij ſecundũ Matth. capitulo. xv.

In illo tp̱e. Acceſſerunt ad Jeſum ab Hieroſolymis ſcribe ⁊ phariſei dicẽtes. Quare diſcipuli tui trãſgrediũtur traditiones ſeniorũ? Nõ enim lauãt manus ſuas: cũ panẽ mãducãt. Ipſe autẽ rñdẽs, ait illis. Quare ⁊ vos trãſgredimi mãdatũ dei: propter traditionẽ veſtrã? Nã deus dixit. Honora patrem tuũ: ⁊ matrẽ tuã: ⁊ qui maledixerit patri vł matri: morte moriat̃. Uos autem dicitis. Quicũq̃ʒ dixerit patri vel matri, mun⁹ quodcũq̃ʒ eſt ex me: tibi proderit: ⁊ nõ honorificabit patrẽ ſuum, aut matrẽ ſuã: ⁊ irritũ feciſtis mandatũ dei, ꝓpter traditionez veſtrã. Hypocrite, bene ꝓphetauit d̃ vobis Eſaias, dicens. Populus hic labijs me honorat: cor aũt eorũ longe eſt à me. Sine cauſa autẽ colũt me: docentes doctrinas, ⁊ mandata hominũ. Et conuocatis ad ſe turb̃: dixit eis. Audite, ⁊ intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: ſed quod ꝓcedit ex ore, hoc coinq̃nat hominẽ. Tũc accedẽtes diſcipuli eius, dixerunt ei. Scis, quia

phariſei, audito hoc verbo: ſcã
dalizati ſunt? At ille reſpon-
dẽs ait. Omnis plãtatio: quã
non plantauit pater meus ce-
leſtis: eradicabit. Sinite illos.
Ceci ſunt: ⁊ duces cecorum.
Cecus autem ſi ceco ducatum
preſtat: ambo in foueã cadũt.
Rñdens autem Petrus: dixit
ei. Ediſſere nobis parabolam
iſtam. At ille dixit. Adhuc ⁊
vos ſine intellectu eſtis? Non
intelligitis: qꝛ omne qđ in os
intrat: in ventrem vadit: ⁊ in ſe
ceſſum emittitur? Que autem
procedunt de ore de corde exe
unt: ⁊ ea coinquinãt hominẽ.
De corde enim exeunt cogita
tiones male: homicidia: adulte
ria, fornicationes, furta, falſa
teſtimonia: blaſphemie. Hec
ſunt que coinquinãt hominẽ.
Non lotis autem manib⁹ mã-
ducare: non coinquinat homi-
nem. Offerto. Domine fac me
cum ſecundum miſericordiam
tuã: ꝑpt nomẽ tuũ: qꝛ ſuauis
eſt miſericordia tua. Secre.
Suſcipe queſumus domi
ne preces populi tui: cum
oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua
myſteria celebrãtes: ab omni-
b⁹ nos defende ꝑiculis. Per
dominum noſtrum Jeſum Chri
ſtum filium tuum. Qui tecũ viuit
Cõmunio. Notas mihi feciſti

vias vite: adimplebis me letitia
cum vultu tuo dñe. Poſt cõio.
Sanctificet nos dñe qua
paſti ſumus menſa cele-
ſtis: a cunctis erroribus expia
tos: ſupnis ꝓmiſſionibus red
dat acceptos. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum fi-
liũ. Super populum. Oratio.
Concede qſumus omni-
potens deus: vt qui pro-
tectionis tue gratiã querim⁹:
liberati a malis omnib⁹: ſecu-
ra tibi mente ſeruiamus. Per
dominum noſtrũ Jeſum Chri-
ſtum filium tuum qui tecum vi.
¶ Feria v. Statio ad ſanctos
coſmã ⁊ damianũ. Introitus.
Salus populi ego ſum
dicit dominus: de
quacunque tribula
tiõe clamauerit ad
me exaudiam eos: ⁊ ero illo-
rum dominus in perpetuum.
Ps. Attendite popule meus le
gem meam: inclinate aurem
veſtram in verba oris mei. ℣.
Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
Magnificet te dñe ſancto
rum tuorum coſme ⁊ damia
ni beata ſolennitas: qua ⁊ illis
gloriam ſempiternam: ⁊ opem
nobis ineffabili ꝓuidentia cõ
tuliſti. Per dominum noſtrũ
Jeſum chriſtum filium tuũ qui.
Ad poſcẽda ſuffragia ſancto-

A Cūctis nos, quęſumus domine mentis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedente glorioſa virgine, dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis, Petro ꝛ Paulo, atqꝫ beato .N. ꝛ omnib⁹ ſanctis, ſalutē nobis tribue benign⁹ ꝛ pacē: vt deſtructis aduerſitatib⁹ ꝛ errorib⁹ vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſuiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſū Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ. Et pro viuis: ꝛ defunctꝫ generaliter. Oratio.

O Mnipotens ſempiterne deus, qui viuorum dominaris ſimul ꝛ mortuorum: omniūmqꝫ misereris, quos tuos fide ꝛ opere futuros eſſe prenoſcis: te ſupplices exoramus, vt pro quibus, effundere preces decreuimus: quoſqꝫ vel pſens ſeculum adhuc in carne retinet: vel futurū iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus oībus ſanctis tuis, pietatis tuę clemētia omnium delictorum ſuorum veniā cōſequātur. Per dominum noſtrum.

Lcō Hieremię pphe. ca. vij.

I N diebus illis, Factum eſt verbū domini ad me dicens. Sta in porta dom⁹ domini: ꝛ predica ibi verbū iſtud ꝛ dic. Audite verbum domini omnis iudā: qui ingredimini p portas has: vt adoretis dominum. Hęc dicit dominus exercituum: deus Iſraël. Bonas facite vias vr̄as: ꝛ ſtudia veſtra: ꝛ habitabo vobiſcū in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes. Templum domini: templum domini: templum domini eſt. Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras: ꝛ ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum ꝛ proximum eius: aduene: ꝛ pupillo, ꝛ viduę: non feceritꝫ calumniam: nec ſanguinem innocentem effunderitis: in loco iſto, ꝛ poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto in terra quam dedi patribus veſtris à ſeculo: ꝛ vſqꝫ in ſeculum. Ait domin⁹ omnipotens. Graduale. Oculi omniū in te ſperant domine: ꝛ tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam ꝛ imples omne animal benedictione. Sequentia ſancti euāgelij ſm̄. Lucam. capitulo. iiij. ps. 144 ps. 114.

I N illo tēpore Surgēs Jeſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis, tenebatur magnis febri-

bus. Et rogauerũt illum pro
ea. Et ſtans ſuper illam impe
rauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et
continuo ſurgẽs: miniſtrabat
illis. Cum ſol autez occidiſſet:
omnes qui habebãt infirmos
varijs languoribus ducebant
illos ad Jeſum. At ille ſingu-
lis manus imponens: curabat
eos. Exibant autem demonia
a multis clamantia: ⁊ dicentia
quia tu es filius dei. Et incre-
pãns non ſinebat ea loqui: qꝛ
ſciebant ipſuz eſſe Chriſtum.
Facta autem die egreſſꝰ ibat
in deſertum locum: ⁊ turbe re-
quirebant eum. Et venerunt
vſqꝫ ad ipſum: ⁊ detinebãt illũ:
ne diſcederet ab eis. Quibus
ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibꝰ
oportet me euãgelizare regnũ
dei: quia ad hoc miſſus ſuz. Et
erat predicãs ĩ ſynagogis ga-
ps. lilee. Offerto. Si ambulaue-
37. ro in medio tribulationis viui-
ficabis me domine: ⁊ ſuper irã
inimicorum meorum extendes
manum tuam: ⁊ ſaluum me
fecit dextera tua. Secreta.
IN tuorum domine preci-
oſa morte iuſtorum ſacri-
ficium illud offerimus: de quo
martyrij ſumpſit omne princi
pium. Per dominum noſtrum
ps. Jeſum Chriſtum. Cõmunio.
118. Tu mandaſti mãdata tua cu-
ſtodiri nimis: vtinam dirigan-
tur vię meę: ad cuſtodiendas
iuſtificatiões tuas. Poſt cõio.
SJt nobis domine ſacra-
menti tui certa ſaluatio:
que cum beatorum martyruz
tuorũ Coſme ⁊ Damiani me
ritis imploratur. Per dominũ
noſtrum Jeſum Chriſtum fi.
Super populum. Oratio.
SUbiectum tibi populuz
queſumus domine pro-
pitiatio cęleſtis amplificent ⁊
tuis ſemper faciat ſeruire mã-
datis. Per dominum noſtruz
Jeſum Chriſtum filium tuuz.
¶ Feria. vj. Statio ad ſanctũ
Laurentiũ in lucina. Introi.
FAc mecum domi- ps. 58.
ne ſignum in bonuz
vt videãt qui me o-
derunt: ⁊ cõfundã-
tur quoniam tu domine adiu-
uiſti me: ⁊ conſolatus es me.
Ps. Inclina dñe aurem tuam ibi.
ad me: ⁊ exaudi me: qm̃ inops
⁊ paup ſuz ego ℣. Gl'ia. Or̃o.
JEiunia nr̃a queſumꝰ do
mine benigno fauore p-
ſequere: vt ſicut ab alimentis
abſtinemus in corpore: ita a vi
tijs ieiunemus in mente. Per.
Ad poſcẽ. ſuffra. ſctoꝝ. Or̃o.
ACunctis nos, q̃s dñe, mẽ
tis ⁊ corporis defende pe-
riculis: ⁊ intercedente glorio-

ſa virgine, dei genitrice Ma-
ria, cum beatis apoſtolis tuis,
Petro ⁊ Paulo, atq; beato.
N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutez
nobis tribue benignus ⁊ pa-
cem: vt deſtructis aduerſitati-
b⁹ ⁊ erroꝛib⁹ vniuerſis, eccle-
ſia tua ſecura tibi ſeruiat liber-
tate. p. Et p viuz ⁊ defuntz ge
ne. oꝛo. O mps. req. in. Feria.
v. pcedēti. Lcō lib. Reg. c. xx.
IN diebus illis. Conue-
nerunt filij Iſraël ad mo
yſen ⁊ Aaron: ⁊ verſi in ſeditio
nem dixerunt. Date nobis a-
quam: vt bibam⁹. Ingreſſi q;
moyſes ⁊ Aaron: dimiſſa mul
titudine, ante tabernaculū fe-
deris: coꝛruerunt pꝛoni in ter-
ram, clamauerūtq; ad dñm at-
q; dixerunt. Dñe deus exaudi
clamoꝛem populi huius: ⁊ ape
ri eis theſaurū tuū: fontē aquę
viuę: vt ſaciati, ceſſet murmura
tio eoꝝ. Et apparuit gloꝛia m
domini ſuper eos. Locutuſq;
eſt domin⁹ ad Moyſen dicēs.
Tolle virgam: ⁊ congrega po
pulū tu, ⁊ aaron frater tuus: ⁊
loquimini ad petram, coꝛā eis:
⁊ illa dabit aq̄s. Cūmq; edux e
ris aquā de petra: bibet omnz
multitudo ⁊ iumenta eiu⁹. Tu
lit igitur Moyſes vergaz: qui
erat in conſpectu domini: ſicut
pꝛeceperat ei: cōgregata mul-
titudine ante petram: dixitq;
eis. Audite rebelles ⁊ incredu
li. Nū de petra hac vobz aquā
poterimus eijcere? Cūq; ele-
uaſſet Moyſes manū percu-
tiens virga bis ſilicem: egreſſe
ſunt aque largiſsime: ita vt po
pulus biberet ⁊ iumenta. Di-
xitq; dñs ad Moyſen ⁊ A-
aron. Quia non crediđiſtis mi
hi: vt ſanctificaretis me coꝛaz
filijs Iſraël: non introducetis
hos populos in terram: quam
dabo eis. Hęc eſt aqua cōtra-
dictionis: vbi iurgati ſunt filij
Iſraël contra dominum: ⁊ ſan
ctificatus eſt in eis. Graduale. ps. 27.
IN deo ſperauit coꝛ meum, ⁊
adiutus ſum: ⁊ refloꝛuit caro
mea: ⁊ ex voluntate mea confi
teboꝛ illi. V. Ad te dñe clama- ibi.
ui: deus meus ne ſileas: ne diſ-
cedas à me. Tract⁹. Domine
nō ſecundùm peccata nr̄a quę ps. 102.
fecimus nos neq; ſecundū ini-
q̄tates noſtras retribuas no-
bis. V. Dñe ne memineris ini
q̄tatū noſtraꝝ antiquarū citò ps. 78.
anticipēt nos miſericoꝛdię tuę
quia pauperes facti ſumus ni-
mis. V. Adiuua nos deus ſalu ibi.
taris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiaz
nominz tui domine libera nos
⁊ pꝛopitius eſto peccatis no-
ſtris: pꝛopter nomen tuū. Se-
quentia ſancti euangelij ſecū-

dum Joannem. capitulo.iiij.

In illo tpe. Venit Jeſus in ciuitatē ſamarię: q̄ dicit̄ ſychar: iuxta prediū qd̄ dedit Jacob Joſeph filio ſuo. Erat autē ibi fons Jacob. Jeſus ergo fatigat⁹ ex itinere ſedebat ſic ſup fontē: hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria haurire aquā. Dicit ei Jeſus. Da mihi bibere. Diſcipuli aūt eius, abierant in ciuitatē vt cibos emerēt. Dixit ergo ei mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudęos cū ſis: bibere a me poſcis: q̄ ſum mulier ſamaritana? Nō enim cōtūtur iudęi ſamaritanis. Rn̄dit Jeſus: ⁊ dixit ei. Si ſcires donum dei: ⁊ quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere: tu forſitā petiſſes ab eo: ⁊ dediſſet tibi aquā viuā. dicit ei mulier. Dñe neq̄ in quo haurias habes: ⁊ pute⁹ alt⁹ eſt vnde ergo habes aquā viuā? Nūquid tu maiores patre noſtro Jacob: qui dedit nobis puteuz iſtuz: ⁊ ipſe ex eo bibit ⁊ filij eius: ⁊ pecora eius? Rn̄dit Jeſ⁹ ⁊ dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac: ſitiet iterū. Qui autez biberit ex aq̄ quaz ego dabo ei: non ſitiet in eternū. Sed aqua: quā ego dabo ei: fiet in eo fōs aquę ſaliētis in vtā eternā. Dicit ad eū mulier. Dñe: da mihi hāc aquaz vt nō ſitiā: neq̄ ei veniaz huc haurire. Dicit ei Jeſ⁹. Vade voca virū tuū: ⁊ veni huc. Rn̄dit mulier ⁊ dixit. Non habeo virū. Dixit ei Jeſ⁹. Bene dixiſti: qꝛ nō habeo viruz. Quinq̄ eniz viros habuiſti: ⁊ hūc quē habes non eſt tuus vir. Hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier. Dñe: vt video ꝓpheta es tu. Patres nr̄i in monte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis qꝛ hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei Jeſus. Mulier crede mihi: qꝛ venit hora: qn̄ neq̄ ī mōte hoc: neq̄ hieroſolimis: adorabitz patrē. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus qd̄ ſcimus: qꝛ ſalus ex iudęis eſt. Sed venit hora: ⁊ nūc eſt: qn̄ veri adoratores adorabūt patrē in ſpiritu ⁊ veritate. Nā ⁊ pater tales querit: qui adorēt eū. Spūs ē deus: ⁊ eos qui adorant eum: in ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio qꝛ meſſias venit qui dicit̄ xp̄s. Cū ergo venerit ille anūciabit nobis oīa. Dicit ei Jeſus. Ego ſuz: q̄ loquor tecū. Et cōtinuo venerūt diſcipuli ei⁹ ⁊ mirabā t̄ qꝛ cū muliere loq̄bat̄. Nemo tn̄ dixit: quid q̄ris: aut quid loq̄ris cū ea. Relinq̄t ergo hy-

dria ſuã mulier: ⁊ abijt in ciui-
tatẽ: ⁊ dixit illis hoĩb⁹. Veni
te, ⁊ videte hoiem: qui dixit mi
hi omnia quęcũq3 feci. Nũqd
ipſe eſt Xp̃s? Exierũt ergo de
ciuitate: ⁊ veniebant ad eum.
Intereà rogabant eũ diſcipu-
li eius, dicentes. Rabbi, man-
duca. Ille autẽ dixit eis. Ego
cibum habeo mãducare, quẽ
vos neſcitis. Dicebãt ergo di
ſcipuli eius adinuicẽ? Nũqd
aliquis attulit ei manducare?
Dicit ei Jeſus. Meus cibus
eſt, vt faciã voluntatẽ eius q̃
miſit me: vt perficiã opus ei⁹.
Nõne vos dicitis, qꝛ adhuc q̃-
tuor mẽſes ſũt, ⁊ meſsis venit?
Ecce dico vobis, leuate ocu-
los veſtros, ⁊ videte regiões:
qꝛ albę ſunt iã ad meſſẽ. Et
qui metit, mercedẽ accepit, ⁊
congregat fructũ in vitã ęter
nã: vt ⁊ qui ſeminat, ſimul gau
deat, ⁊ qui metit. In hoc enim
eſt verbũ verũ: qꝛ ali⁹ eſt qui
ſeminat: ⁊ alius eſt qui metit.
Ego miſi vos metere, qđ vos
nõ laboraſtis. Alij aũt labora-
uerũt: ⁊ vos in labores eorũ in
troiſtis. Ex ciuitate ante illa ta
multi crediderũt in eũ ſamari-
tanoꝝ: ppt̃ ꝟbũ mulierẽ teſti-
moniũ phibentis: qꝛ dixit mihi
oĩa q̃cũq3 feci. Cum veniſſent
ergo ad illũ ſamaritani, roga

uerunt eũ, vt ibi maneret. Et
manſit ibi duos dies. Et mul-
to plures crediderũt propter
ſermones eius. Et mulieri di-
cebãt: qꝛ nõ iam propter tuã
loquelã credimus. Ipſi enim
audiuimus, ⁊ ſcim⁹: qꝛ hic eſt
verè ſaluator mundi. Offert. ps. 5.
Intende voci orõnis meę: rex
me⁹, ⁊ de⁹ me⁹: qm̃ ad te orabo
Reſpice dñe, p- (dñe. Sec.
ptí⁹ ad munera q̃ ſacra-
mus: vt ⁊ tibi grata ſint: ⁊ no-
bis ſalutaria ſemper exiſtant.
per. Cõio. Qui biberit aquã
quã ego dabo ei, dicit dñs: fi-
et in eo fons aquę ſaliẽtis in vi
tam ęternã. Poſt Cõmunio.
Huius nos dñe perceptio
ſacramenti mundet à cri
mine: ⁊ ad cęleſtia regna per-
ducat. Per dominũ noſtrum
Jeſum. Sup populũ. Oratio.
Preſta, quęſumus omni-
potens de⁹, vt qui in tua
protectione confidimus: cun-
cta nob̃ aduerſãtia, te adiuuã
te, vincamus. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum fi.
¶ Sabbatho. Statio ad ſan-
ctam Suſannam. Introitus. ps. 5.
Verba mea aurib⁹
percipe dñe: intelli
ge clamorẽ meũ: in
tẽde voci orationis
meę. ps. Rex me⁹, ⁊ de⁹ me⁹. ibi.

℣. Gloria patri ꝛ filio. Orõ.

Preſta, queſumus omnipotẽs deꝰ: vt q̃ ſe affligẽdo, carnem ab alimẽtis abſtinẽt: ſectãdo iuſtitiam, â culpa ieiunent. p. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̃ſ dñe, mẽtẽ ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedente glorioſa virgine, dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis, Petro ꝛ Paulo, atq; beato. N. ꝛ omnibus ſanctis, ſalutẽ nobis tribue benignus ꝛ pacem: vt deſtructis aduerſitatibꝰ ꝛ erroribꝰ vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eũdẽ. Et pro viuiẽ ꝛ defunctẽ generaliter. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui viuorũ dñaris ſimul ꝛ mortuorũ: omniũq; miſereris, quos tuos fide ꝛ opere futuros eſſe prẽnoſcis: te ſupplices exoramꝰ, vt ꝑ quibꝰ effundere p̃ces decreuimꝰ: quoſq; vel p̃ſens ſeculũ adhuc in carne retinet: vel futurũ iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuẽ clementia oĩum delictorum ſuorum veniã conſequantur. p. Lectio Danielis prophetẽ. capitulo. xiij.

In diebus illis. Erat vir in Babilone: ꝛ nomẽ eius Joachim. Et accepit vxorem nomine ſuſannam: filiã Helchie: pulchrã nimis, ꝛ timentẽ deũ. Parentes enim illiꝰ, cùm eſſent iuſti: erudierũt filiam ſuã ſecundũ legem Moyſi. Erat autẽ Joachim diues valde: ꝛ erat ei pomariũ vicinũ domui ſuẽ. Et ad ipſum confluebant iudẽi: eò q̃ eſſet honorabilior omniũ. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus locutus eſt dominus, quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus: qui videbantur regere populum. Iſti frequentabãt domum Joachim: ꝛ veniebãt ad eos omnes qui habebãt iudicia. Cùm autẽ populus reuertiſſet poſt meridiem: ingrediebatur ſuſanna, ꝛ deambulabat in pomario viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem, ꝛ deambulantẽ: ꝛ exarſerunt in concupiſcẽtiã eiꝰ. Et auerterunt ſenſũ ſuũ: ꝛ declinauerũt oculos ſuos, vt nõ viderent cẽlũ, neq; recordarentur iudiciorum iuſtorũ. Factũ eſt, autẽ cùm obſeruarẽt diẽ aptum, quando eã poſſent inuenire ſolam: ingreſſa eſt aliquãdo ſicut heri ꝛ nudiuſtertius, cũ duabus ſolis puel-

lis: voluitq́ȝ lauari i pomario.
Eſtꝰ quippe erat. Et nõ erat
ibi quiſq́ȝ, ꝑter duos ſenes ab-
ſconditos, ⁊ cõtemplantes eã.
Dixit ergo puellꝫ, affertemihi
oleũ ⁊ ſmigmata: ⁊ oſtia poma
rij claudite, vt lauer. Cũ autẽ
egreſſę eſſent puellę: ſurrexe-
runt duo ſenes, ⁊ accurrerunt
ad eaȝ: ⁊ dixerunt. Ecce oſtia
pomarij clauſa ſunt: ⁊ nemo
nos videt, ⁊ i ꝯcupiſcẽtia tui ſu
mꝰ. Quãobꝛeȝ aſſentire nob:
⁊ commiſcere nobiſcuȝ. Qđ ſi
noluerꝫ, dicemꝰ teſtimoniũ cõ
tra te, q́ꝫ fuerit tecum iuuenis:
⁊ ob hãc cauſaȝ emiſeris puel-
las à te. Ingemuit ſuſanna, ⁊
ait. Anguſtię mihi ſunt vndi-
q́ȝ. Si enim hoc egero: moꝛs
mihi eſt. Si autẽ nõ egero: nõ
effugiaȝ manꝰ vr̃as. Sed meli
us eſt mihi abſq́ȝ opere incide
re in manus veſtras: q̃ȝ pecca
re in conſpectu domini. Et ex-
clamauit voce magna ſuſãna.
Exclamauerũt autem ⁊ ſenes
aduerſus eã. Et cucurrit vnꝰ,
⁊ aperuit oſtia pomarij. Cùm
autem audiſſent clamoꝛẽ in po
mario famuli domus: irruerũt
per poſticuȝ, vt viderent q̇d nã
eſſet. Poſtq́ȝ autẽ ſenes locuti
ſunt: erubuerũt ſerui vehemẽ-
ter, qꝛ nunq̃ȝ dictus fuerat ſer-
mo huiuſcemodi đ ſuſãna. Et
facta eſt dies craſtina. Cũq́ȝ
veniſſet populus ad virũ eius
Joachim: venerũt ⁊ duo pꝛeſ-
byteri pleni iniqua cogitatiõe
aduerſus ſuſannam, vt interfi-
viuuꝫ: vt dicas nobis, ſi tu es
xp̃s filius dei. C Dixit illi Ie
ſ9. ✠ Tu dixiſti. Verũtamen
dico vobis. Ammodò videbi-
tis filiũ hominis ſedentẽ à dex
tris virtutis dei, ⁊ venientẽ in
nubib9 cęli. C Tũc princeps
ſacerdotũ ſcidit veſtimẽta ſua,
dicẽs. S Blaſphemauit: quid
adhuc egemus teſtib9? Ecce
nunc audiſtis blaſphemiã: q̃d
vobis, videtur? C At illi rñdẽ
tes dixerũt. S Reus eſt mor-
tis. C Tunc expuerunt in fa
ciem eius: ⁊ colaphis euꝫ ceci-
derunt. Alij aũt palmas in fa
ciem eius dederunt, dicentes.
S Prophetiza nobꝫ Chriſte.
Quis eſt q̃ te ꝑcuſsit. C Pe-
tr9 verò ſedebat foris in atrio.
Et acceſsit ad eũ vna ancilla,
dicens. S Et tu cum Ieſu ga
lilęo eras. C At ille negauit
corã omnibus, dicens. S Ne
ſcio quid dicis. C Exeũte aũt
illo ianuam, vidit eũ alia ancil-
la: ⁊ ait his qui erãt ibi. S Et
hic erat cum Ieſu nazareno.
C Et iterũ negauit cum iura-
mento: q2 nõ noui hominẽ. Et
poſt puſillũ acceſſerũt q̇ aſta-
bant: ⁊ dixerunt petro. S Ve
rè tu ex illis es: nam ⁊ loquela
tua manifeſtũ te facit. C Tũc
cępit deteſtari, ⁊ iurare: q2 nõ
nouiſſet homineꝫ. Et cõtinuo
gallus cantauit. Et recordat9
eſt petrus verbi ieſu, qđ dixe-
rat: priuſqꝫ gallus cantet, ter
me negabis. Et egreſſ9 foras,
fleuit amarè. Manè auteꝫ fa
cto, conſiliũ inierunt oẽs prin-
cipes ſacerdotũ ⁊ ſeniores po
puli, aduerſus ieſuꝫ: vt eũ mor

ti traderent. Et vinctum ad-
duxerunt eũ: ⁊ tradiderunt põ
tio pilato preſidi. Tũc videns
iudas, qui tradidit eũ, ꝙ dam-
natus eſſet: pñia ductus, retu
lit triginta argenteos principi
bus ſacerdotũ ⁊ ſenioribus, di
cens: S Peccaui, tradẽs ſan-
guinem iuſtum. C At illi dixe
runt. S Quid ad nos? Tu vi-
deris. C Et ꝓiectis argẽteis
in tẽplo, receſsit: ⁊ abiens, la-
queo ſe ſuſpendit. Principes
aũt ſacerdotuꝫ, acceptis argẽ
teis, dixerũt. S Non licet eos
mittere in corbonã: quia ꝑciũ
ſanguinis eſt. C Cõſilio autẽ
inito, emerunt ex illis agruꝫ fi-
guli in ſepulturã peregrinoꝝ.
Propter hoc vocat⁹ eſt ager
ille, acheldemach, hoc ẽ, ager
ſanguinꝭ, vſqꝫ in hodiernũ diẽ.
Tũc impletũ eſt qđ dictũ eſt ꝑ
hieremiã prophetã, dicenteꝫ.
Et acceperũt tringinta argẽ
teos, ꝑciũ appciati: quẽ app-
ciauerunt à filijs iſraël: ⁊ dede
runt eos in agruꝫ figuli: ſicut
conſtituit mihi dñs. Ieſus aũt
ſtetit ante preſidẽ. Et interro
gauit euꝫ preſes, dicẽs. S Tu
es rex iudeoꝝ? C Dicit ei ie-
ſus. ✠ Tu dicis. C Et cuꝫ ac
cuſaret à principibus ſacerdo
tum ⁊ ſenioribus: nihil rñdit.
Tunc dicit illi pilatus. S Nõ
audis quãta aduerſuꝫ te dicũt
teſtimonia. C Et non rñdit ei
ad vlluꝫ verbuꝫ, ita vt miraret
preſes vehemẽter. Per diem
aũt ſolẽnẽ conſueuerat ꝑſes di
mittere populo vnum vinctũ,
quẽ voluiſſent. Habebat aũt
tunc vnuꝫ vinctuꝫ inſignẽ, qui
dicebatur barrabas: qui pro-
pter homicidium miſſus fue-
rat in carcerem. Congrega-
tis autem illis dixit pilat⁹. S
Quem vultis dimittaꝫ vobis:
barrabaꝫ, an Ieſum, qui dicit
xp̃s? C Sciebat enim, ꝙ per
inuidiã tradidiſſent eũ. Sedẽ
te aũt illo pro tribunali, miſit
ad illũ vxor ei⁹, dicẽs. S Nihil
tibi ⁊ iuſto illi. Multa eniꝫ paſ
ſa ſuꝫ per viſuꝫ hodie propter
eũ. C Principes aũt ſacerdo
tũ ⁊ ſeniores perſuaſſerunt po
pulis, vt peterẽt barrabã. Ie-
ſuꝫ verò perderẽt. Rñdẽs aũt
preſes, ait. S Quẽ vultis vo-
bis de duobus dimitti? C At
illi dixerunt. S Barrabam.
C Dixit illis pilat⁹. S Quid
igit faciã đ Ieſu, qui dicit xp̃s?
C Dicunt oẽs. S Crucifiga
tur. C Ait illꝫ ꝑſes. S Quid
enim mali fecit? C At illꝫ ma
gis clamabãt, dicẽtes. S Cru
cifigatur. C Videns aũt pila
t⁹, quia nihil ꝓficeret: ſed magis
tumultus fieret, accepta aqua

lauit man⁹ corã populo, dicẽs,
S Innocẽs ego ſum a ſangui
ne iuſti hui⁹. Uos videritꝫ. C
Et reſpõdẽs vniuerſus ppl's,
dixit. S Sãguis ei⁹ ſup nos ꝛ
ſup filios nr̃os. C Tũc dimiſit
illꝫ barrabã. Jeſũ aũt flagella
tũ tradidit eis, vt crucifigeret.
Tũc milites p̃ſidis ſuſcipiẽtes
ieſũ i p̃torio: cõgregauerũt ad
euꝫ vniuerſaꝫ cohortẽ. Et exu
ẽtes eũ, clamydẽ coccineã cir-
cũdederunt ei. Et plectentes
coronã de ſpinis, impoſuerunt
ſuper caput eius: ꝛ arundineꝫ
in dextera eius. Et genuflexo
ante eũ, illudebãt ei, dicentes.
S Aue rex iudeorꝫ. C Et ex
puẽtes in euꝫ, acceperũt arun
dinem: ꝛ percutiebant caput
eius. Et poſtq̃ꝫ illuſerunt ei:
exuerunt eũ clamyde: ꝛ indue
runt euꝫ veſtimẽtis eius: ꝛ du-
xerunt eum, vt crucifigerent.
Exeuntes autẽ, inuenerũt ho
minẽ cyreneũ, venienteꝫ de vil
la obuiãꝫ ſibi, nomine ſimonẽ.
Hunc angariauerunt: vt tolle
ret crucẽ eius. Et venerunt in
locuꝫ, qui dicitur golgotha: qđ
eſt caluarie locus. Et dederũt
ei vinum bibere cum felle mix-
tuꝫ. Et cuꝫ guſtaſſet: noluit bi
bere. Poſtq̃ꝫ aũt crucifixerũt
euꝫ: diuiſerũt veſtimenta eius
ſorteꝫ mittentes: vt adimplere
tur qđ dictũ eſt per prophetã,
dicenteꝫ. Diuiſerunt ſibi veſti
menta mea: ꝛ ſuper veſtẽ meã
miſerunt ſortẽ. Et ſedẽtes ſer-
uabãt eũꝫ. Et impoſuerũt ſup
caput ei⁹ cauſaꝫ ipſi⁹ ſcriptaꝫ.
Hic eſt Jeſ⁹ nazaren⁹, rex iu-
deorũ. Tunc crucifixi ſunt cuꝫ
eo duo latrones: vn⁹ a dextris,
ꝛ vn⁹ a ſiniſtrꝫ. Pretereuntes
autẽ blaſphemabãt eũ: mouẽ
tes capita ſua, ꝛ dicentes. S
Uah, q̃ deſtruis tẽplũ dei, ꝛ in
triduo reedificas illud. Salua
temetipſũꝫ. Si fili⁹ dei es: de-
ſcẽde de cruce. C Similiter ꝛ
principes ſacerdotũ illudẽtes
cũ ſcribꝫ ꝛ ſenioribus, dicebãt.
S Alios ſaluos fecit: ſeipꝫ nõ
põt ſaluũ facere. Si rex iſrael
eſt, d̃ſcẽdat nũc de cruce: ꝛ cre
dim⁹ ei. Cõfidit in deo: liberet
euꝫ nũc ſi vult. Dixit eniꝫ: q: fi
lius dei ſuꝫ. C Idipꝫ aũt ꝛ la-
trones q̃ crucifixerãt cũ eo, in
pperabãt ei. A ſexta aũt hora
tenebre facte ſunt ſup vniuer-
ſaꝫ terrã, vſqꝫ ad horã nonaꝫ.
Et circa horã nonã clamauit
ieſ⁹ voce magna, dicẽs ✠ He
liheli, lamazabatani: Hoc eſt.
Deus m̃ e⁹ de⁹ me⁹, vt q̃d de-
reliq̃ſti me. C Quidã aũt illic
ſtantes, ꝛ audiẽtes: dicebant.
S Heliam vocat iſte. C Et
continuo currens vnus ex eis:

acceptā ſpongiā impleuit ace
to, ⁊ poſuit arūdini: ⁊ dabat ei
bibere. Ceteri verò dicebant.
S. Sine videamus, an veniat
Helias liberans eum. ¶ Je-
ſus aūt iterū clamās voce ma
gna, emiſit ſpiritū. Et ecce ve-
luꝫ templi ſciſſuꝫ eſt in duas p
tes à ſummo vſqꝫ deorſuꝫ. Et
terra mota ē: ⁊ petrę ſciſſę ſūt:
⁊ monumenta aperta ſunt: ⁊
multa corpora ſanctorum qui
dormierant, ſurrexerunt. Et
exeuntes de monumētis poſt
reſurrectioneꝫ eius, venerunt
in ſanctā ciuitateꝫ: ⁊ apparue
runt multis. Cēturio autem,
⁊ qui cuꝫ eo erant cuſtodiētes
ieſū, viſo terremotu, ⁊ his q̄ fie
bant: timuerunt valde, dicen-
tes. S. Verè filiꝰ dei erat iſte.
¶ Erāt aūt ibi mulieres mul
tę à lōgè: quę ſecutę erāt ieſuꝫ
à galilęa miniſtrātes ei: inter
quas erat Maria magdale-
nę, ⁊ Maria iacobi, ⁊ Joſeph
mater: ⁊ mater filioꝝ zebedęi.
Cū ſeró aūt factū eſſet: venit
quidā homo diues ab arima-
thia, nomine Joſeph: q̄ ⁊ ipſe
diſcipulus erat ieſu. Hic acceſ
ſit ad pilatuꝫ: ⁊ petijt corpus
ieſu. Tunc pilatus iuſſit reddi
corpꝰ. Et accepto corpore Jo
ſeph, inuoluit illud in ſyndone
munda: ⁊ poſuit illud in monu
mēto ſuo nouo, qđ exciderat in
petra. Et aduoluit ſaxum ma
gnum ad oſtiuꝫ monumenti: ⁊
abijt. Erant autē ibi Maria
magdalene, ⁊ altera Maria:
ſedentes contra ſepulchrum.

Hîc legitur in tono euangelij.

ALtera aūt die, q̄ eſt poſt
paraſceuē: conuenerunt
principes ſacerdotuꝫ ⁊ phari-
ſęi ad pilatū, dicētes. Dñe, re
cordati ſumꝰ, qꝛ ſeductor ille di
xit adhuc viuens: poſt tres di-
es reſurgaꝫ. Jube ergo cuſto-
diri ſepulchruꝫ vſqꝫ in diē ter-
tium: ne forte veniant diſcipu-
li eius, ⁊ furentur eū: ⁊ dicant
plebi, ſurrexit à mortuis: ⁊ erit
nouiſsimus error, peior priorē.
Ait illis pilatus. Habetis cu
ſtodiā: ite, cuſtodite ſicut ſcitꝭ.
Illi aūt abeuntes, munierunt
ſepulchruꝫ, ſignantes lapidē,
cuꝫ cuſtodibus. Offerto. In
properiuꝫ expectauit cor meū
⁊ miſeriam: ⁊ ſuſtinui qui ſimul
mecū contriſtaretur, ⁊ nō fuit:
cōſolātē me q̄ſiui, ⁊ nō inueni:
⁊ dederūt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti
mea potauerūt me aceto. Secr.
Concede, q̄s dñe, vt ocu-
lis tuę maieſtatis munꝰ
oblatum, ⁊ gratiā nobis deuo
tionis obtineat, ⁊ effectuꝫ bea
tę perēnitatis acquirat. Per.
Prefatio. Eterne deꝰ, qui ſa-

lutem humani gñis. fol. Et
dr̃ quotidie vſq; ad feriã ſextã:
niſi in miſſa de feſto, ſi occurre-
rit. Coĩo. Pater, ſi non poteſt
hic calix trãſire, niſi bibã illuz:
fiat voluntas tua. Poſt cõmu.
PEr huius dñe operatio-
nem myſterij, ⁊ vitia nr̃a
purgẽtur, ⁊ iuſta deſideria cõ-
pleãtur. Per dominũ noſtrũ.
¶ Feria .ij. maioris hebdõ. Sta
tio ad ſanctã praxedẽ. Introi.
ps. 34. IVdica dñe nocen-
tes me: expugna in
pugnãtes me: apprę-
hẽde arma ⁊ ſcutũ:
⁊ exurge in adiutoriuz meum,
ibi. domine virtꝰ ſalutis meę. ps.
Effunde frameam, ⁊ cõclude
aduerſus eos, q̃ perſequentur
me: dic animę meę, ſalꝰ tua ego
(ſum. Orõ.
DA, q̃s oĩps de-
us, vt q̃ in tot aduerſis ex
nr̃a infirmitate deficimꝰ: inter
cedẽte vnigeniti filij tui paſſio
ne reſpiremus. Per eundem.
Contra pſecuto. ecclię. Orõ.
ECclię tuę, q̃s dñe, pre-
ces placatus admitte: vt
deſtructis aduerſitatibꝰ ⁊ er-
roribus vniuerſis, ſecura tibi
ſeruiat libertate. Per. Vel p
(papa. Orõ.
DEus oĩuz fi-
delium paſtor ⁊ rector, fa-
mulũ tuũ. N. quẽ paſtorẽ eccle
ſię tuę preeſſe voluiſti, propitiꝰ
reſpice: da ei, q̃s, verbo ⁊ exem
plo quibus preeſt proficere: vt
ad vitam, vnà cum grege ſibi
credito, perueniat ſempiternaz.
Per dominum noſtrum. Le-
ctio Eſaię prophetę. Cap. l.
IN diebus illis. Dixit E
ſaias. Dominꝰ deus ape
ruit mihi aurem: ego autẽ non
contradico: retro ꝯſuz nõ abij.
Corpus meuz dedi percutien
tibus: ⁊ genas meas vellenti-
bus. Faciem meaz non auerti
ab increpantibus ⁊ conſpuen
tibus in me: dñs deus auxilia-
tor meus: ⁊ ideo non ſum con-
fuſus. Ideo poſui faciẽ meam
vt petraz duriſſimam: ⁊ ſcio,
q̃m non confundar. Iuxtà eſt
qui iuſtificat me: quis cõtradi-
cet mihi? Stemus ſimul: quis
eſt aduerſarius meus? Acce-
dat ad me. Ecce dñs deus au
xiliator meus: quis eſt qui con
dẽnet me? Ecce omnes, quaſi
veſtimentũ conterentur: tinea
comedet eos. Quis ex vobis
timens deum, audiens vocem
ſerui eius? Quis ambulauit in
tenebris: ⁊ non eſt lumen ei?
Speret in nomine dñi: ⁊ innitat
ſuper dñm deum ſuum. Grad. ps. 34.
Exurge dñe, ⁊ intẽde iudiciũ
meũ: deus meus, ⁊ dñs meus,
in cauſam meaz. V. Effunde ibi.
frameam: ⁊ conclude aduerſꝰ

eos, qui me pſequũtur. Trac.
ps. 102 Domine non ſecundũ peccata noſtra que fecim⁹ nos: neq̃ ſm iniquitates noſtras retribuas nob. ℣. Dñe, ne memineris
ps. 78. iniquitatu noſtraru antiquarũ: citò anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes
ibi. facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄: et propter gloriaz nominis tui dñe libera nos: et propitius eſto peccat noſtris, ꝑpter nomẽ tuũ.
Sequentia ſancti Eeuãgelij ſecundũ Joannem. Cap. xij.

In illo tpe. Ante ſex dies paſchę venit Jeſus Bethaniaz, vbi Lazarus fuerat mortuus: quẽ ſuſcitauit Jeſ⁹. Fecerunt aũt cęnaz ibi: et martha miniſtrabat. Lazarus verò vnus erat ex diſcumbẽtib⁹ cum eo. Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi piſtici p̃cioſi: et vnxit pedes Jeſu, et extersit capillis ſuis pedes eius: et domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dicit ego vnus ex diſcipulis eius, iudas ſcariothis qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentũ non venijt trecẽtis denarijs: et datu eſt egenis? Dixit autẽ hoc: nõ ꝙ de egenis pertinebat ad eũ: ſed quia fur erat: et loculos habens, ea quę mittebantur, portabat. Dicit ergo Jeſus. Sinite illam, vt in die ſepulturę meę ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habebitis vobiſcũ: me aũt nõ ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudęis, qꝛ illic eſſet: et venerũt nõ propter Jeſum tãtũ, ſed vt Lazarũ viderẽt: quẽ ſuſcitauit à mortuis. ps. 58. Offer. Eripe me d̃ inimicis meis: dñe, ad te confugi: doce me facere voluntatẽ tuã: qꝛ deus me⁹ es tu.

Hec ſacrificia nos (Sec. oꝑs deus, potenti virtute mundatos, ad ſuu faciant puriores venire principium. Per dominum. Alia ſecreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: et famulum tuum. N. quẽ paſtore eccleſię tuę preęſſe voluiſti, aſsidua ꝓtectione guberna. Per dñm.
Cõio. Erubeſcant, et reuereãtur ſimul qui gratulãtur malis meis: induãtur pudore et reuerẽtia, qui maligna loquũtur aduerſu me. ps. 6. Poſt comunio.

Prębeãt nobis domine diuinu tua ſancta feruorẽ: quo eoru pariter et actu delectemur et fructu. p. alia poſt co.

Hec nos, q̃s domine, diuini ſacri pceptio ꝓtegat: et famulu tuũ. N. quẽ paſtore eccleſię tuę pęſſe voluiſti, vnã

cum cõmiſſo ſibi grege, ſaluet
ſemper, ⁊ muniat. Per dñm
no. Super populum. Oratio.
ADiuua nos deus saluta
ris noſter: ⁊ ad beneficia
recolenda, quibus nos inſtau
rare dignatus es, tribue veni-
re gaudentes. Per dominum.
¶ Feria tertia. Statio ad ſan
ctam priſcam. Introitus.
NOs autem gloriari
oportet in cruce dñi
nr̃i Jeſu xp̃i, in quo
eſt ſal⁹, vita ⁊ reſur-
rrectio noſtra: per quẽ ſaluati
ps. 66. ⁊ liberati ſum⁹. ps. Deus mi-
ſereatur noſtri, ⁊ benedicat no
bis: illuminet vultum ſuum ſu-
per nos, ⁊ miſereat̃ nr̃i. Orõ.
OMnipotens ſempiter-
ne deus, da nobis ita dñi-
cę paſsionis ſacramenta per-
agere: vt indulgentiã percipe
re mereamur. Per eũdẽ. Cõ
tra pſecutores eccleſię. Orõ.
ECcleſię tuę, q̃s dñe, pre
ces placat⁹ admitte: vt d̃
ſtructis aduerſitatibus ⁊ errõ
ribus vniuerſis, ſecura tibi ſer
uiat libertate. Per dominum
noſtrum. Vel pro papa. Orõ.
DEus omniũ fideliũ pa-
ſtor ⁊ rector: famulũ tuũ.
N. quẽ paſtorẽ eccleſię tuę p̃eſ
ſe voluiſti, propiti⁹ reſpice: da
ei, q̃s, verbo ⁊ exemplo, quib⁹
preeſt proficere: vt ad vitam,
vnã cum grege ſibi credito p-
ueniat ſempiternã. Per. Le-
ctio Hieremie prophete. c. xj.
IN dieb⁹ illis. Dixit hie-
remias. Dñe, demõſtra-
ſti mihi, ⁊ cognoui: tu oſtẽdiſti
mihi ſtudia eoꝝ. Et ego quaſi
agnus manſuetus, qui porta-
tur ad victimã: ⁊ nõ cognoui:
quia cogitauerũt ſuper me cõ-
ſilia, dicẽtes. Venite, mittam⁹
lignũ in panẽ ei⁹: ⁊ eradam⁹
eũ de terra viuentiũ: ⁊ nomẽ
eius nõ memoretur amplius.
Tu aũt dñe ſabbaoth, qui iu-
dicas iuſtè, ⁊ probas renes ⁊
corda: videã vltionẽ tuã ex eis.
Tibi enĩ reuelaui cãm meã:
dñe deus meus. Grad. Ego
aũt dum mihi moleſti eſſent, in ps. 34.
duebã me cilicio: ⁊ humiliabã
in ieiunio animã meã: ⁊ oratio
mea in ſinu meo conuertetur.
℣. Judica dñe nocẽtes me: ex
pugna ĩpugnãtes me: app̃hẽ- ibi.
de arma ⁊ ſcutũ: ⁊ exurge in ad
iutorium mihi. Paſsio dñi nr̃i
ieſu xp̃i ſm̃ Marcũ. cap. xiiij.
IN illo tp̃e. Erat pa-
ſcha, ⁊ azima poſt biduũ.
Et querebant ſummi ſacerdo
tes ⁊ ſcribe, quomodo Jeſum
dolo tenerẽt, ⁊ occiderent. Di
cebant enim. Non in die fe
ſto. Ne forte tumultus fie-

reti ꝑlo. Et cū eēt ieſꝰ betha-
nie i domo ſymonis le ꝓſi, ⁊ re
cūberet: venit mulier, habēs a
labaſtrū vnguēti nardi ſpicati
ꝓcioſi. Et fracto alabaſtro effu
dit ſup caput eiꝰ. Erāt āt qdā
idigne ferētes itra ſemetipos:
⁊ dicētes. S Ut qd ꝑditio iſta
vnguēti facta ē? Poterat eni vn
guētū iſtud venūdari plꝰ q̄ȝ tre
cētȝ dnariȝ: ⁊ dari paupibꝰ. C
Et fremebāt i eā. Jeſꝰ āt dixit.
✠ Sinite eā. Quid illi moleſti
eſtȝ? Bonū opꝰ opata ē in me.
Sēper eniȝ pauperes habebi
tȝ vobiſcū: ⁊ cū volueritȝ pote-
ſtȝ illȝ bn̄facere: me aūt nō ſem
p habebitȝ. Quod habuit hec
fecit: ꝓuenit eniȝ vngere corpꝰ
meū i ſepulturā. Amē dico vo
bis: vbicūq̄ȝ ꝑdicatū fuerit euā
geliū iſtud in vniuerſo mūdo: ⁊
qd hec fecit, narrabit, i memo
riā eiꝰ. C Et iudas ſcarioth,
vnꝰ de duodeci abijt ad ſūmos
ſacerdotes: vt ꝓderet eū illȝ. q
audiētes, gauiſi ſūt: ⁊ ꝓmiſerūt
ei pecuniā ſe daturos. Et q̄re-
bat quomō illū opportune tra
deret. Et ꝑmo die azimoꝝ, qn̄
paſcha imolabāt: dicūt ei diſci-
puli. S Quo vis eamꝰ: ⁊ pare
mus tibi, vt māduces paſcha?
C Et mittit duos ex diſciplis
ſuiȝ: ⁊ dicit eis. ✠ Ite i ciuitatē:
⁊ occurret vob homo lagenā
aq̄ baiulās. Seqmini euȝ. Et
quocūq̄ȝ introierit: dicite dn̄o
domꝰ, qꝛ magiſter dicit. Ubi ē
refectio mea, vbi paſcha cū di-
ſciplis meȝ māducē? Et ip̄e vo
bis dmōſtrabit cenaculū grā
de ſtratū: ⁊ illic parate nobis.
C Et abierūt diſcipli eiꝰ: ⁊ ve
nerūt in ciuitatē: ⁊ iuenerūt ſi-
cut dixerat illis: ⁊ parauerunt
paſcha. Veſpe aūt facto, venit
cū duodeciȝ. Et diſcūbētibꝰ il
lis ⁊ māducātibꝰ, ait Jeſꝰ. ✠
Amē dico vobȝ, qꝛ vnꝰ ex vob
tradet me, q māducat mecum.
C At illi cepūt ꝯtriſtari: ⁊ di-
cere ei ſingillatiȝ. S Nū qd e-
go? C Qui ait illȝ. ✠ Unꝰ ex
duodeci q itingit mecū manū i
catino. Et filiꝰ qdē hoīs vadit
ſicut ſcriptū ē d eo. Ve aūt ho i
illi, ꝑ quē filiꝰ hoīs tradet. Bo
nū erat ei, ſi nō eſſet natꝰ hō il-
le. C Et māducātibꝰ illȝ, acce
pit ieſꝰ panē: ⁊ bn̄dicēs, fregit,
⁊ dedit eis: ⁊ ait. ✠ Sumite.
Hoc ē corpꝰ meū. C Et acce
pto calice, grās agēs, dedit eis.
Et biberūt ex illo oēs. Et ait
illis. ✠ Hic ē ſāguis meꝰ noui
teſtamēti, q pro multȝ effūdet.
Amē dico vobis, q iam nō bi
bam de hoc genimine vitis, vſ-
q̄ȝ i die illū, cū illud bibā nouū
i regno di. C Et hymno dcō:
exierūt i mōte oliuaꝝ. Et ait illȝ

Jeſus. ✠ Oēs vos ſcādaliza-
bimini in me nocte iſta: qr ſcri-
ptū eſt. Percutiaz paſtorez: ⁊
diſpergētur oues. Sed poſtq̃
reſurrexero: precedā vos in ga
lileaz. C Petrus autē ait illi.
S Et ſi oēs ſcandalizati fue-
rint: ſed non ego. C Et ait illi
Jeſus. ✠ Amē dico tibi: quia
tu hodie in nocte hac, priuſq̃
gallꝰ bis vocē dederit: ter me
es negaturus. C At ille am-
pliùs loquebať. S Et ſi opor
tuerit me ſimul cōmori tibi: nō
te negabo. C Similiter autē
⁊ oēs dicebant. Et veniunt in
prediuz, cui nomen gethſema-
ni: ⁊ ait diſcipulis ſuis. ✠ Se-
dete hîc: donec orem. C Et aſ
ſumpſit petruz ⁊ Jacobum, ⁊
⁊ Joannez ſecum: ⁊ cępit pa-
uere, ⁊ tedere. Et ait illis. ✠
Triſtis eſt anima mea vſq̃ ad
mortez. Suſtinete hîc, ⁊ vigila
te. C Et cuz proceſsiſſet pau
lulùz, procidit ſuper terram: ⁊
orabat vt ſi fieri poſſet, tranſi-
ret ab eo hora. Et dixit. ✠ Ab
ba pater, omnia tibi poſsibilia
ſunt: trāſfer calicē hunc á me.
Sed nō quod ego volo: ſed qđ
tu. C Et venit: ⁊ inuenit eos
dormientes. Et ait Petro. ✠
Simon dormis? Non potuiſti
vna hora vigilare mecuz? Vi-
gilate ⁊ orate, vt non intretis
intentationem. Spūs quidē
pmptꝰ ē: caro aūt infirma. C
Et iterū abiens, orauit, eūdē ſ
monē dicēs. Et reuerſꝰ dnuo:
inuenit eos dormientes. Erāt
enim oculi eoꝝ grauati: ⁊ igno
rabant quid rñderēt ei. Et ve
nit tertiò: ⁊ ait illis. ✠ Dormi-
te iam, ⁊ requieſcite. Sufficit.
Venit hora: ecce tradetur filiꝰ
hominis in manus peccatoꝝ.
Surgite eamus: ecce q̃ me tra
det ppè eſt. C Et adhuc eo lo
quente, venit iudas ſcarioth,
vnus de duodecim: ⁊ cum illo
turba multa cum gladijs, ⁊ li-
gnis: miſsi a ſummis ſacerdo-
tibus, ⁊ ſcribis ⁊, ſenioribꝰ po-
puli. Dederat autem traditor
eis ſignuz, dicens. S Quēcū-
q̃ oſculatus fuero: ipſe eſt, te-
nete eū, ⁊ ducite cautè. C Et
cùm veniſſet: ſtatim accedens
ad eum, ait. S Aue rabbi. C
Et oſculatꝰ eſt euz. At illi ma
nus iniecerunt in euz: ⁊ tenue-
runt. Unus aūt de circunſtan
tibus educens gladiū, percuſ-
ſit ſeruum ſummi ſacerdotis: ⁊
amputauit illi auriculam. Et
rñdens Jeſꝰ, ait illis. ✠ Tan-
q̃ ad latronē exiſtis: cum gla-
dijs ⁊ lignꝫ cōprehendere me.
Quotidie apud vos erā in tē-
plo docens: ⁊ nō me tenuiſtis.
Sed vt impleatur ſcriptura.

C Tũc diſcipulꝫ eiꝰ relinquẽ
tes eũ: oẽs fugerunt. Adole-
ſcẽs aũt q̇dã ſequebat̃ eũ ami
ctus ſyndone ſup nudo: ⁊ tenu
erũt eũ. At ille reiecta ſyndo-
ne: nudꝰ ꝓfùgit ab eis. Et ad
duxerũt ieſuꝫ ad ſummũ ſacer-
dotẽ. Et cõuenerũt oẽs ſacer
dotes: ⁊ ſcribe: ⁊ ſeniores. Pe
trꝰ aũt à longe ſecutus eſt euꝫ:
vſq; intro in atriũ ſummi ſacer
dotis: ⁊ ſedebat cũ miniſtrꝫ: ⁊
calefaciebat ſe ad ignẽ. Sũmi
verò ſacerdotes: ⁊ oẽ cõcilium
q̄rebãt adverſꝰ ieſum teſtimo
niũ: vt eũ morti traderent: nec
inueniebant. Multi enim te-
ſtimonium falſuꝫ dicebant ad-
uerſus eum: ⁊ conuenientia te
ſtimonia non erat. Et quidaꝫ
ſurgentes: falſum teſtimoniuꝫ
ferebant aduerſus eum dicen
tes. S Quoniam nos audiui
mus eum dicentem. Ego diſ-
ſoluam templum hoc manu fa
ctum: ⁊ poſt triduum aliud nõ
manu factum reedificabo. C
Et non erat conueniens teſti-
monium eoꝝ. Exurgẽs auteꝫ
ſummꝰ ſacerdos ĩ mediũ: inter
rogauit ieſuꝫ dicẽs. S No rñ-
des q̇cq̃ꝫ ad ea: q̃ tibi obijciun
tur ab his? C Ieſꝰ autẽ tace-
bat: ⁊ nihil rñdit. Rurſuꝫ ſum
mꝰ ſacerdos interrogabat eũ:
⁊ dixit ei. S Tu es xp̃s filꝰ di

bñdicti? C Ieſꝰ autẽ dixit illi.
✠ Ego ſuꝫ. Et videbitꝫ filiuꝫ
hominꝫ ſedentẽ à dextris vir-
tutis di. Et venientẽ cũ nubi-
bus celi. C Sũmus aũt ſacer
dos ſcindẽs veſtimẽta ſua: ait.
S Quid adhuc deſideramus
teſtes? Audiſtꝫ blaſphemiaꝫ.
Quid vobis videt̃? C Qui o-
mnes cõdemnauerũt eũ eſſet
reum mortꝫ. Et ceperũt q̇daꝫ
cõſpuere eũ: ⁊ velare faciẽ eiꝰ:
⁊ colaphꝫ euꝫ cedere: ⁊ dicere
ei. S Prophetiza. C Et mi-
niſtri alapꝫ eũ cedebãt. Et cũ
eſſet Petrꝰ in atrio deorſuꝫ: ve
nit vna ex ancillꝫ ſummi ſacer-
dotis: ⁊ cũ vidiſſet Petrũ cale
faciẽtem ſe: aſpiciens illuꝫ ait.
S Et tu cum Ieſu nazareno
eras. C At ille negauit dicẽs.
S Neq; ſcio neq; noui quid
dicas. C Et exijt foras ante
atriũ: ⁊ gallus cantauit. Rur-
ſus autem cũ vidiſſet illuꝫ alia
ãcilla: cepit dicere circunſtan-
tibus. S Quia hic ex illis eſt.
C At ille iterum negauit. Et
poſt puſillum: rurſus qui aſta-
bant dicebant Petro. S Ve
rè ex illis es: naꝫ ⁊ galileus es.
C Ille aũt cepit anathemati
zare ⁊ iurare: qꝛ neſcio hoĩem
iſtũ: quẽ dicitꝫ. Et ſtatĩ iteꝝ ga
llus cãtauit. Et recordatꝰ eſt
Petrꝰ verbi qđ dixerat ei Ie-

ſus: priuſq̄ʒ gall⁹ cātet bis: ter
me negabiʒ. Et cepit flere. Et
cōfeſtim mane cōciliū faciētes
ſūmi ſacerdotes: cū ſenioribus
⁊ ſcribis: ⁊ vniuerſo cōcilio: vi-
ciētes ieſuʒ duxerūt: ⁊ tradide
rūt pilato. Et interrogauit eū
pilat⁹. S Tu es rex iudeorū?
C. At ille reſpōdēs ait illi. ✠
Tu dicis. C Et accuſabāt eū
ſūmi ſacerdotes in multis. Pi
lat⁹ aūt rurſū interrogauit eū
dicēs. S Nō rn̄des quicquā?
Vide in quātʒ te accuſant. C
Jeſus āt ampli⁹ nihil rn̄dit ita
vt miraret̄ pilat⁹. Per diē au-
tē feſtū: ſolebat illis dimittere
vnū ex vinctʒ: quēcumq̄ʒ petiſ-
ſent. Erat aūt q̄ dicebat bara-
bas: q̄ cum ſeditioſis erat vin-
ct⁹: qui in ſeditione fecerat ho
micidiū. Et cū aſcendiſſet tur-
ba: cepit rogare ſicut ſemper
faciebat illʒ. Pilat⁹ āt rn̄dens
eis: dixit. S Vultis dimittam
vobis regē iudeorū? C Scie-
bat enī: q̄ per inuidiā tradidiſ
ſent eū ſummi ſacerdotes. Pō
tifices aūt cōcitauerūt turbā:
vt magʒ barabā dimitteret eʒ.
Pilat⁹ aūt iterū rn̄dēs: ait illʒ.
S Quid ergo vultʒ faciam re
gi iudeorū? C At illi iterū cla-
mauerūt. S Crucifige eum.
C Pilatus verò dicebat eis.
S Quid enī mali fecit? C At
illi magis clamabāt. S Cru-
cifige eū. C Pilat⁹ aūt volēs
populo ſatiſfacere: dimiſit illʒ
barabā, ⁊ tradidit Jeſū flagel
lis ceſum: vt crucifigeret̄. Mi
lites autē duxerūt euʒ intro in
atriū ꝑtorij: ⁊ cōuocant totam
cohortē. Et induūt eū purpu-
ra: ⁊ īponunt ei plectentes ſpi
neā coronā, ⁊ ceperūt ſalutare
eū. S Aue rex iudeorū. C Et
percutiebāt caput ei⁹ arūdine
⁊ cōſpuebāt eū: ⁊ ponētes ge-
nua, adorabāt eū. Et poſtq̄ʒ il
luſerūt ei: exuerunt illū purpu
ra: ⁊ induerunt euʒ veſtimētis
ſuis: ⁊ educūt illum, vt crucifi-
gerent eū. Et angariauerunt
ꝑtereuntē quempiā ſimonem
cyreneū venientē de villa, pa-
trem alexandri ⁊ ruffi: vt tolle
ret crucē ei⁹. Et ꝑducūt eū in
golgotha locū: q̄d eſt interpre
tatū caluarie loc⁹. Et dabant
ei bibere myrrhatū vinū. Et
nō accepit. Et crucifigētes eū
diuiſerunt veſtimēta ei⁹: mittē
tes ſortē ſup eis: vt q̄s quid tol
leret. Erat autem hora tertia:
⁊ crucifixerūt eū. Et erat titu-
lus cauſe ei⁹ inſcript⁹. Rex iu-
deorū. Et cuʒ eo crucifixerunt
duos latrones: vnuʒ à dextriʒ,
⁊ aliū à ſiniſtrʒ. Et adimpleta
eſt ſcriptura, q̄ dicit. Et cū ini-
quis reputatus eſt. Et prete-

reũtes blaſphemabãt eũ: mo-
uẽtes capita ſua: ⁊ dicẽtes. S.
Vah, q̃ deſtruis tẽpluʒ dei: ⁊
in trib⁹ dieb⁹ reedificas. Sal-
uũ fac temetipſuʒ, deſcendens
de cruce. C. Silr ⁊ ſummi ſa-
cerdotes illudentes ad alter-
utrũ cũ ſcribꝫ, dicebãt. S. Alii
os ſaluos fecit: ſeipſuʒ non po-
teſt ſaluũ facere Chriſtus rex
Iſraël, deſcẽdat nũc de cruce:
vt videamus, ⁊ credamus. C.
Et q̃ cũ eo crucifixi erant: con
uitiabantur ei. Et facta hora
ſexta, tenebre facte ſunt ſuper
oẽʒ terram, vſq; in horã nonã.
Et hora nona, exclamauit Je
ſus voce magna, dicẽs. ✠ He
loi heloi, lamaʒabatani? C.
Qđ eſt interpretatuʒ. ✠ De⁹
meus, deus me⁹: vt q̃d dereli-
quiſti me? C. Et quidã de cir
cunſtãtib⁹ audiẽtes, dicebãt.
S. Ecce heliã vocat. C. Cur-
rẽs autẽ vnus, ⁊ implẽs ſpon-
giaʒ aceto, circũponẽſq; cala-
mo: potũ dabat ei, dicens. S.
Sinite. Videam⁹, ſi veniat he
lias ad deponendũ eũ. C. Je-
ſus auteʒ emiſſa voce magna,
expirauit. Et velũ tẽpli ſciſſuʒ
eſt i duo: à ſummo vſq; deorſuʒ.
Videns aũt ceturio, q̃ ex aduer-
ſo ſtabat: q2 ſic clamãs, expiraſ
ſet: ait. S. Vere, hic homo fili⁹
dei erat. C. Erãt autẽ ibi muli
eres de loge aſpicientes: inter
quas erat maria Magdalẽa,
⁊ maria Jacobi minoris, ⁊ Jo
ſeph mr̃, ⁊ ſalome. Et cũ eſſet
in galilea ſeq̃bantur euʒ: ⁊ mi-
niſtrabãt ei. Et alie multe q̃ ſi
mul cum eo aſcẽderãt hieroſo
lymã. Hic legit̃ in tono euan.

ET cũ iaʒ ſero eſſet fcm̃, q2
erat paraſceue, qđ eſt an
te ſabbatũ: venit Joſeph ab a
rimathia, nobilis decurio: q̃ ⁊
ipſe erat expectãs regnuʒ dei.
Et audacter introiuit ad pila
tũ: ⁊ petijt corp⁹ Jeſu. Pilat⁹
aũt mirabat̃, ſi iaʒ obijſſet. Et
accerſito cẽturione, interroga
uit eũ, ſi iaʒ mortuus eſſet. Et
cuʒ cognouiſſet à centurione:
donauit corp⁹ ioſeph. Joſeph
autẽ mercatus eſt ſyndonẽ: ⁊
deponẽs eũ, inuoluit ſyndone:
⁊ poſuit euʒ in monumẽto, qđ
exciſum erat de petra. Et ad-
uoluit lapidem ad oſtiũ monu-
menti. Offertorium. Cuſtodi
me domine de manu peccato- ps. 139.
ris: ⁊ ab hominib⁹ iniq̃s eripe

SAcrificia me dñe. Scã.
nos, queſum⁹ dñe, ꝓpen
ſius iſta reſtaurẽt: q̃ medicina
libus ſunt inſtituta ieiunijs. p.

PRotege. Alia ſecreta.
domine tuʒ myſterijs ſer-
uientes: vt diuinis rebus inhe
rentes, ⁊ corpore tibi famule-

mur ⁊ mente. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Communio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in porta: ⁊ in me pſallebant qui bibebãt vinū: ego verò orationem meã ad te domine tẽpus beneplaciti de⁹: in multitudine miſericordię tuę.

Poſt communio. Sanctificationibus tuis, omnipotens deus, ⁊ vitia noſtra curentur: ⁊ remedia nobis ſempiterna proueniant. Per dominum noſtrum. Alia poſt cõ.

Queſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum nr̃m.

Super populum. Oratio.

Tua nos miſericordia de⁹ ⁊ ab oĩ ſurreptione vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſanctę nouitatis efficiat. Per do.

¶ Feria quarta. Statio ad ſãctam mariam maiorem. Introi.

Phi lip. 2. In nomine domini, omne genu flectatur: cęleſtium, terreſtriū, ⁊ infernorum: quia dominus fact⁹ eſt obediẽs vſque ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis ideo dominus Jeſ⁹ xp̃s in gloria eſt dei pr̃is. Ps. Dñs exaudi orõnem meam: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

Preſta, queſumus omnipotens deus, vt qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur: per vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecum viuit ⁊ regnat. Lectio Eſaię prophetę. capite. lxiij.

Hec dicit dominus deus. Dicite filię ſion. Ecce ſaluator tu⁹ venit. Ecce merces ei⁹ cum eo. Quis eſt iſte q̃ venit de edon: tinctis veſtib⁹ de boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſuę. Ego qui loquor iuſtitiam: ⁊ propugnator ſum ad ſaluandum. Quare ergo rubrum eſt indumentū tuum: ⁊ veſtimẽta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus: ⁊ de gentibus nõ eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper veſtimenta mea: ⁊ omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meę venit. Circunſpexi: ⁊ non erat auxiliator: queſiui: ⁊ nõ fuit q̃ adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meū: ⁊ indignatio mea, ipſa auxiliata eſt mihi Et cõculcaui populos ĩ furore meo: ⁊ in

ebriaui eos in idignatiōe mea: ⁊ detraxi in terram virtutem eorum. Miserationū dñi recordabor: laudē dñi ſuper omnib⁹ que reddidit nobis dñs deus noſter. Grad. Ne auertas faciē tuā à puero tuo: quoniā tribulor: velociter exaudi me. ℣. Saluū me fac deus: quoniā intrauerūt aque vſqz ad animā meā: infixus ſuz in limo profundi: ⁊ non eſt ſubſtantiam. Hic dicitur. Dñs vobiſcum. ſine. Flectamus genua. Oratio.

Deus qui pro nobis filiuz tuum crucis patibulū ſubire voluiſti, vt inimici à nobis expelleres poteſtatē: concede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiaz conſequamur. Per eundē. Pro papo. Orō.

Deus omniuz fideliū paſtor ⁊ rector, ⁊ famulum tuum. N. quē paſtorē eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitiùs reſpice: da ei, queſum⁹, verbo ⁊ exemplo quibus preeſt proficere: vt ad vitam, vnà cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternaz. Per. Contra perſecutores eccleſie. Oratio.

Eccleſie tue, q̄s domine, preces placat⁹ admitte: vt deſtructis aduerſitatib⁹ ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dñm no.

Lectio Eſaie prophete c. liij.

In diebus illis. Dixit Eſaias. Dñe quis credidit auditui nr̄o: ⁊ brachiū dñi cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultū coram eo: ⁊ ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei, neqz decor. Et vidimus eū: ⁊ nō erat aſpectus: ⁊ deſiderauimus eū deſpectū: ⁊ nouiſsimū virorū dolorū, ⁊ ſciētē infirmitatē. Et quaſi abſcōdit⁹ vult⁹ eius, ⁊ deſpect⁹: vnde nec reputam⁹ eum. Verè languores nr̄os ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ipe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum: ⁊ percuſſum à deo ⁊ humiliatum. Ipſe autē vulneratus eſt propter iniquitates nr̄as: attrit⁹ eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplicina pacis nr̄e ſuper eum: liuore ei⁹ ſanati ſum⁹. Oēs nos q̄ſi oues errauim⁹: vnuſq̄ſqz in viā ſuā declinauit: ⁊ dñs poſuit in eo iniquitatē oīum noſtrorū. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, ⁊ nō aperuit os ſuuz. Sicut oues ad occiſionez ducetur: ⁊ q̄ſi agn⁹ coraz tondēte ſe obmuteſcet: ⁊ nō aperiet os ſuū. De āguſtia ⁊ de iudicio ſublat⁹ ē. Generationē ei⁹ q̄s enarrabit? Qr abſciſ⁹ ē de terra viuētiū. Propt ſcel⁹ p̄li mei pcuſsi eū: ⁊ dabit

impios pꝛo ſepultura: ⁊ diui-
tes pꝛo moꝛte ſua: eó ꝙ iniqui-
tatē nō fecerit: nec dolus inuē-
tus fuerit in oꝛe eius. Et dn̄s
voluit conterere euꝫ in infirmi
tate. Si poſuerit pꝛo peccato
animam ſuam: videbit ſemen
longeuum, ⁊ voluntas domini
in manu eius dirigetur, pꝛo eò
ꝙ tradidit in moꝛtem animam
ſuam: ⁊ cum ſceleratis reputa
tus eſt. Et ipſe peccata multo
toꝛum tulit: ⁊ pꝛo tranſgreſſoꝛi
bus oꝛauit, vt non perirent.
p̄s. 101. Tractꝰ. Domine exaudi oꝛa-
tionem meam: ⁊ clamoꝛ meus
ad te veniat. ℣. Ne auertas fa
ciem tuam à me: in quacunq̄
die tribuloꝛ, inclina ad me au-
rem tuaꝫ. ℣. In quacunq̄ die
inuocauero te: velociter exau-
di me. ℣. Quia defecerunt ſicut
fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſi-
p̄s. 30. cut in frixoꝛio confrixa ſunt. ℣.
Percuſſus ſum ſicut fenum: ⁊
aruit coꝛ meum: quia oblitus
ſuꝫ manducare panē meuꝫ. ℣.
ibi. Tu exurgēs dn̄e, miſereberis
ſyon: quia venit tempus miſe-
serēdi eius. Paſsio dn̄i nr̄i Je
ſu xp̄i ſm̄ Lucam. Cap. xxij.

IN illo tp̄e. C. Appꝛopi-
q̄bat aūt dies feſtus azi-
moꝝ, qui dicit̄ paſcha. Et q̄re
bāt pꝛincipes ſacerdotū ⁊ ſcri
bę, quomodo Jeſuꝫ interfice-
rēt. Timebāt verò plebē. In-
trauit autē ſathanas in iudaꝫ,
q̄ cognominabat̄ ſcarioth, vnꝰ
de duodeciꝫ: ⁊ abijt, ⁊ locutus
eſt cum pꝛincipibꝰ ſacerdotū
⁊ magiſtratibus, quemadmo-
dū illū traderet eis. Et gauiſi
ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniam illi
dare. Et ſpopondit. Et quęre
bat opoꝛtunitatem: vt trade-
ret illuꝫ ſine turbis. Venit au
tem dies azimoꝛum: in qua ne
ceſſe erat occidi paſcha. Et
miſit Petrū ⁊ Joannē, dicēs.
✠ Euntes parate nobis pa-
ſcha: vt manducemus. C. At
illi dixerunt. S. Vbi vis pare-
mꝰ? C. Et dixit ad eos. ✠ Ec
ce introeuntibus vobis in ciui
tatē, occurret vobis homo am
phoꝛaꝫ aquę poꝛtās. Sequi-
mini eū in domū in qua intrat:
⁊ dicetis p̄rifamilias domus.
Dicit tibi magiſter. Vbi eſt di
uerſoꝛiū: vbi paſcha cū diſcipu
lꝫ meꝫ mādIcē? Et ip̄e vobꝫ o-
ſtēdet cenaculū magnū ſtratū:
⁊ ibi parate. C. Eūtes aūt in-
uenerūt ſicut dixit illꝫ ieſꝰ. Et
pauerūt paſcha. Et cū facta
eſſet hoꝛa, diſcubuit: ⁊ duode-
ciꝫ ap̄li cum eo. Et ait illis. ✠
Deſiderio deſideraui, hoc pa
ſcha manducare vobiſcū ante
quam patiar. Dico enim vo-
bis, quia ex hoc non manduca

bo illud: donec impleat̃ in re-
gno dei. C. Et accepto calice,
gratias egit, ⁊ dixit. ✠ Accipi
te, ⁊ diuidite inter vos. Dico
enim vobꝫ: quia nõ bibã de ge
neratione vitis: donec regnuꝫ
dei veniat. C. Et accepto pa-
ne, gratias egit, ⁊ fregit: ⁊ de-
dit eis, dicens. ✠ Hoc eſt cor-
pꝰ meuꝫ: quod pro vobis dat̃.
Hoc facite in meam cõmemo
rationẽ. C. Similiter ⁊ calicẽ
poſtq̃ꝫ cenauit, dicens. ✠ Hic
calix nouũ teſtamẽtũ eſt in ſan
guine meo: qui pro vobꝫ effun
detur. Veruntamen, ecce ma-
nus tradentis me, mecũ eſt in
menſa. Et quidẽ filius homi-
nis, ſm qđ diffinitũ eſt, vadit.
Verũtamẽ, ve homini illi per
quẽ tradetur. C. Et ipſi cepe
rũt querere inter ſe, quis eſſet
ex eis qui hoc facturus eſſet.
Facta eſt autẽ ⁊ cõtẽtio inter
eos, quis eorũ videret̃ eſſe ma
ior. Dixit autẽ eis. ✠ Reges
gentiũ dominãtur eorũ: ⁊ q̃ po
teſtatẽ habẽt ſup eos, benefi-
ci vocãt̃. Vos aũt nõ ſic. Sed
qui maior eſt in vobꝫ: fiat ſicut
minor: ⁊ q̃ pceſſor ẽ: ſicut mini-
ſtrator. Nã q̃s maior ẽ: q̃ recũ-
bit: ã q̃ miniſtrat? Nõne q̃ recũ
bit? Ego aũt in medio veſtruꝫ
ſuꝫ, ſicut q̃ miniſtrat. Vos aũt
eſtꝫ q̃ p mãſiſtꝫ mecũ in tẽtatiõi
bꝰ meꝫ. Et ego diſpono vobꝫ.
ſicut diſpoſuit mihi pr̃ meꝰ re-
gnũ: vt edatis, ⁊ bibatis ſuper
mẽſam meã in regno meo: ⁊ ſe
deatis ſup thronos, iudicãtes
duodeciꝫ tribus iſraẽl. C. Ait
auteꝫ ſimoni. ✠ Simon, ecce
ſathanas expetiuit vos: vt cri-
braret ſicut triticũ. Ego auteꝫ
rogaui pro te, vt nõ deficiat fi-
des tua: ⁊ tu aliquãdo cõuer-
ſus, confirma fratres tuos. C.
Qui dixit ei. S. Dñe, tecum
paratus ſum, ⁊ in carcerẽ ⁊ in
mortem ire. C. Et ille dixit. ✠
Dico tibi petre, non cantabit
hodie gallus: donec te abne-
ges noſſe me. C. Et dixit eis.
✠ Quãdo miſi vos ſine ſaccu-
lo ⁊ pera ⁊ calcimẽtis: nũq̃d ali
quid defuit vobis? C. At illi
dixerunt. S. Nihil. C. Dixit
ergo eis. ✠ Sed nunc qui ha-
bet ſacculum, tollat ſimiliter ⁊
peram: ⁊ qui nõ habet, vẽdat
tunicam ſuam, ⁊ emat gladiũ.
Dico enim vobis, q̃m adhuc
hoc quod ſcriptum eſt oportet
impleri in me. Et cum iniquis
ꝺputatꝰ eſt. Etenim ea q̃ ſunt
de me, finẽ habẽt. C. At illi di
xerũt. S. Dñe, ecce gladij duo
hic. C. At ille dixit eis. ✠ Sa
tis eſt. C. Et egreſſus, ibat ſe-
cundum cõſuetudinem in mõ-
tẽ oliuarum. Secuti ſunt aũt

illuz ⁊ diſcip uli eius. Et cuz p
ueniſſet ad locuz: dixit illis. ✠
Orate, ne intretis intentatio-
nem. C. Et ipſe auulſꝰ eſt ab
eis, quãtuz iactus eſt lapidis.
Et poſitis genibus orabat, di
cens. ✠ Pater, ſi vis transfer
calicẽ iſtũ à me. Verũtamẽ nõ
mea voluntas: ſed tua fiat. C.
Apparuit aũt illi angelꝰ de cę
lo confortans euz. Et factus
in agonia, prolixiꝰ orabat. Et
factus eſt ſudor eius ſicut gut-
tę ſanguinis decurrẽtis in ter-
raz. Et cùm ſurrexiſſet ab ora
tione, ⁊ veniſſet ad diſcipulos
ſuos: inuenit eos dormientes
prę triſtitia: ⁊ ait illis. ✠ Quid
dormitis? Surgite, ⁊ orate: ne
intretis in tentationez. C. Ad
huc eo loquente, ecce turba, ⁊
qui vocabat iudas, vnꝰ de duo
decĩz antecedebat eos. Et ap
propinquauit Jeſu: vt oſcula-
retur euz. Jeſus aũt dixit illi.
✠ Juda, oſculo filiuz hominis
tradis? C. Videntes aũt hi q̃
circa ipſum erant, quod futu-
rum erat: dixerũt ei. S. Dñe,
ſi percutimꝰ in gladio? C. Et
percuſſit vnus ex illis ſeruum
principis ſacerdotũ: ⁊ ampu-
tauit auriculã eius dexteram.
Rñdẽs autẽ Jeſus ait. ✠ Si-
nite vſq; huc. C. Et cùm teti-
giſſet auriculam eius, ſanauit
eũ. Dixit aũt Jeſus ad eos q̃
venerãt ad ſe, principes ſacer-
dotuz ⁊ magiſtratus templi, ⁊
ſeniores. ✠ Quaſi ad latronẽ
exiſtis cum gladijs ⁊ fuſtibus,
cùm quotidie vobiſcuz fuerim
in templo, ⁊ nõ extendiſtis ma
nꝰ in me. Sed hęc eſt hora ve
ſtra: ⁊ poteſtas tenebrarũ. C.
Cõprehendẽtes aũt euz duxe
rũt ad domũ principis ſacer
dotum. Petrus verò ſequeba
tur eum à longè. Accenſo aũt
igne in medio atrij, ⁊ circunſe-
dentibus illis: erat Petrus in
medio eoruz. Quẽ cuz vidiſſet
ancilla quędã ſedẽtẽ ad lumẽ,
⁊ eum fuiſſet intuita: dixit. S.
Et hic cuz illo erat. C. At ille
negauit eũ, dicẽs. S. Mulier,
non noui illuz. C. Et poſt pu-
ſillum, alius videns eum, dixit.
S. Et tu ex illis es. C. Petrꝰ
verò ait. S. O homo, nõ ſum.
C. Et interuallo facto quaſi
horę vnius, alius quidam affir
mabat, dicens. S. Verè ⁊ hic
cum illo erat: naz ⁊ galilęꝰ eſt.
C. Et ait Petrus. S. Homo,
neſcio quid dicis. C. Et conti-
nuo adhuc illo loquente, can-
tauit gallus. Et conuerſus do
minus, reſpexit Petrũ. Et re
cordatus eſt Petrus verbi do
mini, ſicut dixerat: quia priuſq̃
gallꝰ cantet, ter me negabis.

Et egreſſꝰ foras Petrꝰ, fleuit
amarè. Et viri qui tenebãt Je
ſum, illudebãt ei, cedentes eũ.
Et velauerunt euz: ⁊ percutie
bant faciẽ eiꝰ: ⁊ interrogabãt
eum, dicentes. S Propheti-
za. Quis eſt qui te percuſſit?
C Et alia multa blaſphemã-
tes, dicebant in eum. Et vt fa-
ctus eſt dies, cõuenerũt ſenio-
res plebis: ⁊ principes ſacer-
dotum ⁊ ſcribę: ⁊ duxerũt illũ
in concilium ſuũ, dicentes. S
Si tu es Chriſtus: dic nobis.
C Et ait illis. ✠ Si vobis di-
xero, non credetis mihi: ſi autẽ
interrogauero, non rñdebitis
mihi: neq; dimittetis. Ex hoc
aũt erit filius hominis ſedens
à dextris virtutis dei. C Di-
xerunt ergo omnes. S Tu er
go es filius dei? C Qui ait. ✠
Vos dicitis, qꝛ ego ſuz. C At
illi dixerũt. S Quid adhuc de
ſideramus teſtimonium? Ip-
ſi eniz audiuimus d̄ ore eiꝰ. C
Et ſurgens omnis multitudo
eorũ, duxerunt illuz ad pilatũ.
Cęperunt autẽ accuſare illũ,
dicentes. S Hunc inuenimꝰ
ſubuertẽtez gentez nr̃az: ⁊ ꝓ-
hibẽtez tributa dari Ceſari: ⁊
dicẽtẽ ſe xp̄m regẽ eſſe. C Pi-
latꝰ aũt interrogauit eũ, dicẽs.
S Tu es rex iudęoruz? C At
ille rñdẽs, ait. ✠ Tu dicis. C

Ait aũt pilatꝰ ad principes ſa
cerdotũ ⁊ turbas. S Nihil in
uenio cauſę in hoc homine. C
At illi inualeſcebãt, dicentes,
S Cõmouit populũ: docens
per vniuerſam iudęã: incipiẽs
à galilęa vſq; huc. C Pilatus
aũt audiẽs galilęã, interroga-
uit ſi homo galilęꝰ eſſet. Et vt
cognouit, ꝙ de herodis pote-
ſtate eſſet: remiſit euz ad hero
dem: qui ⁊ ipſe hieroſolymis
erat illis diebus: Herodes au
tẽ viſo Jeſu, gauiſus eſt valde.
Erat enim cupiens ex multo
tp̄e videre illuz: eò ꝙ audierat
multa d̄ illo: ⁊ ſperabat ſignũ
aliquod videre ab eo fieri. In
terrogabat autẽ illũ multꝫ ſer
monibus. Et ipſe nihil illi rñ-
debat. Stabãt aũt principes
ſacerdotũ ⁊ ſcribę cõſtãter ac-
cuſantes euz. Spreuit aũt illũ
herodes cũ exercitu ſuo: ⁊ illu-
ſit indutũ veſte alba, ⁊ remiſit
ad pilatuz. Et facti ſunt amici
herodes ⁊ pilatus in ipſa die:
nam anteà inimici erant adin-
uicẽ. Pilatus aũt conuocatis
principibus ſacerdotũ ⁊ magi
ſtratibꝰ ⁊ plebe, dixit ad illos.
S Obtuliſti mihi hunc homi
nẽ, q̃ſi auertentẽ pplm̃: ⁊ ecce
ego coraz vobis interrogans,
nullã cauſam inuenio in homi-
ne iſto, ex his in quibus euz ac

cuſatis. Sed neq3 herodes.
Nā remiſit illū ad nos: ⁊ ecce
nihil dignū morte actū3 eſt ei.
Emēdatum ergo illū dimittā.
C. Neceſſe autem habebat
dimittere eis per diem feſtum,
vnum. Exclamauit aūt ſimul
vniuerſa turba, dicēs. S. Tol
le hunc: ⁊ dimitte nobis barra
bam. C. Qui erat propter ſe-
ditionē quandā factā in ciuita
te ⁊ homicidiū, miſſus in carce
rem. Iterū aūt pilatus locut⁹
eſt ad illos, volēs dimittere Je
ſum. At illi ſucclamabant, di
centes. S. Crucifige, cruci-
fige eum. C. Ille aūt tertiò di-
xit ad illos. S. Quid enim ma
li fecit iſte? Nullā cauſa3 mor-
tis inuenio in eo. Corripiā er-
go illū, ⁊ dimittā. C. At illi in-
ſtabāt vocib⁹ magnis, poſtulā
tes, vt crucifigeret̄. Et inuale-
ſcebāt voces eoꝝ. Et pilat⁹ ad
iudicauit fieri petitionem eoꝝ.
Dimiſit aūt illis eū q̄ propter
homicidiū ⁊ ſeditione3 miſſus
fuerat i carcerē: quē petebāt.
Jeſu3 verò tradidit voluntati
eorū. Et cū ducerēt eū, appre-
hēderūt ſimonē quēdā cyrenē
ſe3, veniētē de villa: ⁊ impoſue
rūt illi crucē portare poſt Je-
ſu3. Seq̄bat̄ aūt illū multa tur
ba populi ⁊ mulierū, q̄ plange
bāt, ⁊ lamētabātur eū. Cōuer
ſ⁹ aūt Jeſus ad illas, dixit. ✠
Filię hieruſalē, nolite flere ſu-
per me, ſed ſuper vos ipſas fle
te, ⁊ ſuper filios veſtros. Quo
niā ecce veniēt dies, in quibus
dicēt. Beatę ſteriles ⁊ vētres
qui nō genuerūt: ⁊ vbera quę
nō lactauerūt. Tūc incipiēt di
cere mōtib⁹, cadite ſuper nos:
⁊ collibus, operite nos. Qꝛ ſi
in viridi ligno hęc faciūt: in ari
do quid fiet? C. Ducebāt aūt
⁊ alij duo neq̄3 cum eo: vt inter
ficerentur. Et poſtq̄3 venerūt
in locum, qui dicitur caluarię:
ibi crucifixerūt eū, ⁊ latrones:
vnum à dextris ⁊ alterū à ſini-
ſtris. Jeſus autem dicebat. ✠
Pater, dimitte illis: non enim
ſciunt quid faciūt. C. Diuidē-
tes verò veſtimenta eius, miſe
rūt ſortes. Et ſtabat populus
expectās. Et deridebāt eum
principes cum eis, dicētes. S.
Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſal
uu3 faciat, ſi hic eſt xp̄s dei ele
ctus. C. Illudebāt aūt ⁊ mili-
tes, accedentes, ⁊ acetum offe
rētes illi, ⁊ dicentes. S. Si tu
es rex iudęorū: ſaluū te fac. C.
Erat autē ⁊ ſuperſcriptio ſcri
pta ſuper illum lrīs gręcis lati
nis ⁊ hebraycis. Hic ē rex iu-
dęorū. Unus aūt de his qui pē
debant latronib⁹, blaphema-
bat eum, dicens. S. Si tu es

xp̃s: ſaluum fac temetipſuꝫ ⁊
nos. ℟ Rn̄dēs autē alter, in
crepabat euꝫ, dicēs. S Neqꝫ
tu times deum, qui in eadē dā
natione es. Et nos quidē iu-
ſtè, naꝫ digna factis recipim⁹:
hic verò nihil mali geſsit. ℟
Et dicebat ad Jeſuꝫ. S Dn̄e,
memento mei: cùm veneris in
regnuꝫ tuū. ℟ Et dixit illi Je
ſus. ✠ Amen dico tibi: hodie
mecū eris ī paradiſo. ℟ Erat
autē ferè hora ſexta: ⁊ tenebre
facte ſunt in vniuerſa terra, vſ-
qꝫ in horā nonaꝫ. Et obſcura
tus eſt ſol: ⁊ veluꝫ tēpli ſciſſuꝫ
eſt mediuꝫ. Et clamans Jeſ⁹
voce magna, ait. ✠ Pater, in
man⁹ tuas cōmēdo ſpū meuꝫ.
℟ Et hec dicens, expirauit.
Videns aūt centurio quod fa
ctuꝫ fuerat: glorificauit deum,
dicens. S Verè hic homo iu-
ſtus erat. ℟ Et omnis turba
eoꝝ qui ſimul aderant ad ſpe-
ctaculuꝫ iſtud, ⁊ videbāt q̄ fie-
bāt: percutientes pectora ſua,
reuertebantur. Stabant au-
tem omnes noti eius à longè:
⁊ mulieres que ſecute erant
eum à galilea, hec videntes.
Hic legitur in tono Euāgelij.

Et ecce vir noīe Joſeph,
qui erat decurio, vir bo-
nus ⁊ iuſtus: ⁊ hic non conſen
ſerat conſilio ⁊ actibus eorum,
ab arimathia ciuitate iudeę:
qui expectabat ⁊ ipſe regnum
dei. Hic acceſsit ad pilatuꝫ, ⁊
petijt corpus Jeſu. Et depoſi
tum inuoluit in ſyndone: ⁊ po-
ſuit eum in monumēto exciſo,
in quo nonduꝫ quiſq̄ꝫ poſitus
fuerat. Offerto. Dn̄e exau- ps.
di orationem meam: ⁊ clamor 142
meus ad te perueniat. Secre.

Purifica nos miſericors
deus: vt eccleſię tuę pre-
ces, quę tibi gratę ſunt, pia mu
nera offerētes, fiāt expiatꝫ mē-
tib⁹ gratiores. Per. Alia ſec.

Oblatis, queſumus dn̄e,
placare muneribus: ⁊ fa
mulum tuum. N. queꝫ paſtorē
eccleſię tuę p̄eſſē voluiſti, aſsi
dua ꝓtectiōe guberna. Per.
Cōio. Potū meum cum fletu ps.
tēperabā: qꝛ eleuans alliſiſti 51.
me: ⁊ ego ſicut fenū arui: tu aūt
dn̄e in ęternū ꝑmanes: tu exur
gēs, miſereberis ſyō: qꝛ venit
tēp⁹ miſerendi ei⁹. Poſt cōio.

Largire ſenſib⁹ noſtris,
oīps deus, vt per tempo-
rale filij tui mortē, quā myſte-
ria veneranda teſtātur, vitā te
nobis dediſſe perpetuā cōfida
mus. Per. Alia poſt cōmūio.

Hec nos, q̄ſūm⁹ dn̄e, diui
ni ſacramēti ꝑceptio ꝓte
gat: ⁊ famulū tuū. N. quē pa-
ſtorē eccleſię tuę eſſe voluiſti,

vnà cum cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, ⁊ muniat. Per dominũ. Sup populuz. Oratio.

Reſpiſce, queſumus dñe, ſuper hãc familiã tuã: ꝓ qua dñs noſter Jeſus xp̃s nõ dubitauit manibꝰ tradi nocẽtiũ, ⁊ crucis ſubire tormentũ. Qui tecum viuit ⁊ regnat p.

Feria. v. in cena dñi. Statio ad ſctũ Joã. latera. Introi.

Nos aũt gl'iari oportet in cruce dñi nr̃i ieſu xp̃i, in quo eſt ſalꝰ, vita ⁊ reſurrectio
ps. 66. noſtra: per quem ſaluati, ⁊ liberati ſumus. ps. Deꝰ miſereatur nr̃i, ⁊ bñdicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſup nos, ⁊ miſereat nr̃i. dicit. Gl'ia in excelſis.

Deus à quo ⁊ iu(Oratio. das proditor reatus ſui penã, ⁊ confeſsionis ſue latro premiũ ſumpſit: concede nobꝫ tue propiciationis effectũ: vt ſicut in paſsione ſua Jeſꝰ xp̃s dñs noſter diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipendia meritorũ: ita nob ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſue gratiam largiat. Qui tecũ. Et hec oro tãtũ dr̃.

Lectio epl'e beati pauli apoſtoli ad Corinthios .i. Cap. xj.

Fratres. Cõuenietibus vobis in vnũ, iam non eſt dñicã cenam mãducare, Vnuſquiſqꝫ enim cenã ſuam preſumit ad manducandũ. Et aliꝰ quidem eſurit: aliꝰ autez ebriꝰ eſt. Nunquid domos nõ habebitis ad manducãdũ ⁊ bibendũ? Aut eccleſiã dei contemnitis: ⁊ cõfunditꝫ eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos. In hoc non laudo. Ego enim accepi à domino, quod ⁊ tradidi vobis: quoniã dñs Jeſꝰ, in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, ⁊ grãs agẽs: fregit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ manducate. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemoratione. Similiter ⁊ calicẽ poſtqꝫ cenauit, dicens. Hic calix nouuz teſtamẽtũ eſt in meo ſanguinẽ. Hoc facite, quotieſcunqꝫ bibetꝫ, in meã cõmemoratione. Quotienſcunqꝫ enim muducabitis panẽ hũc, ⁊ cacalicẽ bibetis: mortem dñi annunciabitꝫ, donec veniat. Ita qꝫ quicunqꝫ mãducauerit panem hunc, ⁊ biberit calicẽ dñi indignè: reus erit corporis ⁊ ſanguinꝫ domini. Probet aũt ſeipſũ hõ: ⁊ ſic d pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat, ⁊ bibit indignè: iudicium ſibi manducat, ⁊ bibit: non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infir-

mi ꝛ ĩbecilles: ꝛ dormiunt mul
ti. Quod ſi noſmetipſos dijudi
caremus: non vtiq; iudicare-
mur. Dum iudicamur autem,
à domino corripimur: vt non
ppi cum hoc mundo damnemur.
ip. Gradua. Chriſtus factus eſt
ꝑ nobis obediẽs vſq; ad mor
tem: mortem autem crucis. ℣.
Propter qđ ꝛ deus exaltauit
illum: ꝛ dedit illi nomen, quod
eſt ſuper omne nomen. Seqn-
tia ſancti euangelij ſecundùm
Joannem. capite. xiij.
Ante diem feſtũ paſche,
ſciens Jeſus, quia venit hora
eius, vt tranſeat ex hoc mũdo
ad patrem: cùm dilexiſſet ſuos
qui erant in mundo: in finẽ di-
lexit eos. Et cena facta, cum
diabolus iam miſiſſet in cor, vt
traderet eum Judas ſimonis
ſcariothis: ſciens, quia omnia
dedit ei pater in manus, ꝛ q̄a
à deo exiuit, ꝛ ad deum vadit:
ſurgit à cena, ꝛ ponit veſtimen
ta ſua. Et cum accepiſſet linte
um, precinxit ſe. Deinde miſit
aquam in peluim: ꝛ cepit laua
re pedes diſcipulorum ſuorũ,
ꝛ tergere linteo quo erat pre-
cinctus. Venit ergo ad Simo
nem Petrũ: ꝛ dicit ei Petrꝰ.
Dñe, tu mihi lauas pedes?
Reſpondit Jeſus: ꝛ dixit ei.
Quod ego facio, tu neſcis mo
dò: ſcies autem poſteà. Dicit
ei Petrus. Non lauabis mihi
pedes in eternũ. Reſpondit
ei Jeſus. Si nõ lauero te: non
habebis partem mecum. Di-
cit ei Simon Petrus. Domi-
ne, non tantum pedes meos,
ſed ꝛ manus ꝛ caput. Dicit ei
Jeſus. Qui lotus eſt: nõ indi-
get niſi vt pedes lauet: ſed eſt
mundus totus. Et vos mũdi
eſtis: ſed non oẽs. Sciebat enĩ
quiſnam eſſet qui traderet eũ:
propterea dixit, non eſtis mun
di oẽs. Poſtquam ergo lauit
pedes eorum: accepit veſtimẽ
ta ſua. Et cùm recubuiſſet ite-
rum: dixit eis. Scitꝫ quid fece-
rim vobꝫ? Vos vocatꝫ me ma
giſter ꝛ domine: ꝛ bene dicitꝫ.
Sum etenim. Si ergo ego la-
ui pedes veſtros dominꝰ ꝛ ma
giſter: ꝛ vos debetis alter alte
rius lauare pedes. Exemplũ
enĩ dedi vobis: vt quemadmo
dum ego feci vobꝫ, ita ꝛ vos fa
ciatis. Et dicitur. Credo. Of
fertorium. Dextera domini fe
cit virtutem: dextera dñi exal- ps.
tauit me, non moriar, ſed viuã: 117.
ꝛ narrabo opera dñi. Secre.
Ipſe tibi, queſumus dñe,
ſancte pater omnipotẽs,
eterne deus, ſacrificiũ noſtrũ
reddat acceptum: qui diſcipu-
lis ſuis in ſui commemoratiõe

hoc fieri hodierna traditione monſtrauit, Jeſus Chriſtus, filius tuus, dñs noſter. Qui.

Infra actionẽ.

Communicātes, ⁊ diem ſacratiſſimum celebrantes, quo dominus noſter Jeſus Chriſtus ꝓ nobis eſt traditus. Sed ⁊ memoriam.

Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtrę: ſed ⁊ cunctę familię tuę, quaꝫ tibi offerimus ob diẽ, in qua dominꝰ noſter Jeſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis ⁊ ſanguinꝫ ſui myſteria celebrāda, quęſumus domine, vt placatꝰ accipias: dieſqꝫ noſtros ĩ tua.

Alia infra actiõ.

Qui pridie q̃ꝫ pro noſtra, omniũqꝫ ſalute pateretur, hoc eſt hodie, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in cęlum ad te. Agnus dei. dicit: ſed pax non datur. Hodie reſeruat ſacerdos in loco honeſto ⁊ conuenienti vnam hoſtiaꝫ conſecratā, pro die ſequenti, in quo non cõficitur: vel etiam plures, ſi neceſſe fuerit ꝓ infirmis: languinem verò totum ſumit. Deinde fratres immediatè cõicant ⁊ poſteà completur miſſa. Cõmunio. Dominus Jeſus poſt q̃ꝫ cęnauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum: ⁊ ait illis, ſcitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magiſter: exemplũ dedi vobꝫ: vt ⁊ vos ita faciatꝫ.

Poſt cõmunio.

Refecti vitalibus alimentis, quęſumus domine deus noſter, vt qđ tempore noſtrę mortalitatis cultu exequimur: tuę imortalitatis munere conſeq̃mur. Per dominũ noſtrum Jeſum. Et dicitur. Jte miſſa eſt. Poſt refectionem ſacerdos cum accolito denudat altaria legendo antiphonam. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſup veſtem meam miſerunt ſortem. Cum toto pſalmo. Deus deꝰ meus reſpice. Poſt nudatiõeꝫ altarum, hora competẽti, facto ſigno cum tabula: conueniunt fratres ad faciendum mādatum. Maiores abluant pedes minoribus: tergũt, ⁊ oſculātur. Et interim hęc ſub ſcripta cantantur, vel omnia, vel in parte, pro diſpoſitione cātoris. Añ. Mandatum nouũ do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, dicit dominus. Ps. Beati imaculati. Et repetitur immediatè. Añ. Mādatũ nouum. Et ſic alię añę quę habent pſalmos vel verſus repetuntur. Et nota, quòd de quolibet pſalmo nõ dicitur niſi

vnus verſus. Añ. Poſtq̃ ſur-
rexit dñs à cęna: miſit aquam
ī peluim: ⁊ cępit lauare pedes
diſcipuloꝝ ſuoꝝ: hoc exemplū
ps. 47. reliq̄t eis. ps. Magnus dñs ⁊
laudabilꝫ nimis: in ciuitate dei
noſtri, in mōte ſancto eiꝰ. Añ.
Dñs Jeſus poſtq̃ cęnauit cū
diſcipulꝫ ſuꝫ, lauit pedes eoꝝ:
⁊ ait illꝫ, ſcitis quid fecerim vo-
bis ego dñs ⁊ magiſter? exem-
plū dedi vobis: vt ⁊ vos ita fa-
ciatis. Añ. In diebus illꝫ, mu-
lier quę erat in ciuitate pecca-
trix: vt cognouit, q̄ Jeſus recu
buit in domo ſymonis lepꝛoſi:
attulit alabaſtrum vnguēti: ⁊
ſtans retro ſecus pedes domi-
ni Jeſu, lachꝛymis cępit riga-
re pedes eius: ⁊ capillꝫ capitꝫ
ſui tergebat: ⁊ oſculabatur pe
des eius: ⁊ vnguēto vngebat.
s. 4. ps. Benedixiſti dñe terrā tuā:
auertiſti captiuitatem Jacob.
Añ. Maria ergo vnxit pedes
Jeſu: ⁊ extersit capillis ſuis: ⁊
domꝰ impleta eſt ex odoꝛe vn-
guenti. ps. Domine, ne in fu-
roꝛe tuo arguas me: neq̄ ī ira
tua coꝛripias me. Añ. Vos vo
catis me magiſter ⁊ dñs: ⁊ be-
ne dicitis: ſum etenim: ſi ego la
ui pedes veſtros dominꝰ ⁊ ma
giſter: ⁊ vos debetis alter alte
riꝰ lauare pedes. ℣. Exēpluꝫ
enim dedi vobꝫ: vt ⁊ vos ita fa-
ciatis. Añ. Diligamus nos in
monuit: deuios in viã veritatis re
duxit: cũctorũq; conditionib⁹ ſa-
lubrit prouidẽdo tuã in hoc mari
naviculã auguſtin⁹ prouide gub
nauit. Et ideo.
In feſtis maioribus duplicibus.
Gloria i excelſis deo. Ite
miſſa eſt.
In minoribus duplicibus.
Gloria in excelſis de o.
Ite miſſa ẽ.
In maioribus ſemiduplicibus.
Gloria in excelſis deo.
Ite miſ ſa eſt.
In minorib⁹ ſemiduplicib⁹
Gloria in excelſis deo.

Ite miſ ſa eſt.

¶ In feſtis ſimplicibus ſolennibus.

Gloria in excelſis deo.

Ite miſ ſa eſt.

¶ In feſtiuitatibus beatę Marię virginis.

Gloria in excelſis deo.

Ite miſſa eſt.

¶ In dominicis diebus infra annum.

Ite miſſa eſt.

¶ In diebus dominicꝭ aduentus ⁊ quadrageſimę.

Benedicam⸗ do mi no.

In feſtiuitatibus ſimplicibus minoribus.

Gloria in excelſis deo.

I te miſſa eſt.

In diebus ferialibus.

Benedicamus domino.

Benedicamus domino.

Pro ſancto Rocho p̄fatio.

Eterne deus. Qui immi

nentem niniuitis interitum:

ſola miſericordia tua reuo⸗

caſti. Quibus etiam propi⸗





¶ Sequens prefatio cum ſuo cãtu dicitur in feſtiuitate ſancti Hieronymi.




Prefatio ſancti hieronymi.




ſanctitas: o ſimilis precur-
ſoris Joannis virginitas:
qui ſua profunda ſcientia:
qui eius cęleſti ſapientia:
⁊ doctrina: velut lucifer in
tenebris: inter hęreticos lu-
cens: ⁊ columna immobilis
eccleſiam ſanctam catholi-
cam ſuſtentauit ⁊ rexit. O
felix tanti doctoris tranſitus
cui totius cęleſtis curię exer
citꝰ obuiauit. Et ideo gau-
det eleuatus cum angelis:
lętatur cum archangelis
cherubin quoqꝫ ac ſeraphi
qui nõ ceſſant quotidie vna
voce clamare dicẽtes. Sctũs.









Sanctus. Sanctus. Sanctus domi-
nus deꝰ ſabbaoth. Pleni ſunt celi ꝛ ter
ra gloꝛia tua oſanna in excelſis. Bñ di-
ctꝰ q̇ venit in noīe dñi oſanna in excelſis.









Inclinatus ſacerdos coram altari iunctis manibus, ſequentem dicit canonem.

Te igitur clemen=tiſſime pr̃ ꝑ Jeſuz xp̄z filiũ tuũ dñm nr̃m ſupplices te rogamus ac petimus *Hic oſculet̃ altare ⁊ deinde erectis manibus dicit.* vt accepta habeas ⁊ bñdicas *Hic ter ſignet taz ſup hoſtiã q̃z ſuper calicez.* Hec ✠ dona: hec ✠ mũera: hec ſãcta ✠ ſacrificia illibata. In p̄=mis q̃ tibi offerimus ꝑ eccleſia tua ſctã catho



lica: quā pacificare: cuſtodire: adu
nare: ⁊ regere digneris toto oꝛbe
terrarum: vna cum famulo tuo pa
pa noſtro. N. ⁊ antiſtite noſtro. N.
⁊ oībus oꝛthodoxis atqꝫ catholice
⁊ apoſtolice fidei cultoꝛibus. Cōme. ꝓ viuis.

MEmento domine famuloꝛuꝫ
famularumqꝫ tuarum. N. ⁊
omnium circunſtantium: quoꝛum
tibi fides cognita eſt: ⁊ nota deuo=
tio: pꝛo quibus tibi offerimus: vel
qui tibi offerunt hoc ſacrificiuꝫ lau
dis pꝛo ſe ſuiſqꝫ oībus: ꝓ redēptio
ne animaꝝ ſuarū: pꝛo ſpe ſalutis ⁊
incolumitatis ſue tibiqꝫ reddūt vo
ta ſua eterno Deo viuo ⁊ vero. Actio.

COmmunicantes ⁊ memoriaꝫ
venerātes. In pꝛimis glorio

ſe ſemperqȝ virginis Marie: geni-
tricis Dei ⁊ domini noſtri Jeſu chri
ſti. Sed ⁊ beatorum apoſtolorum
ac Martyꝝ tuorū Petri: ⁊ Pauli:
Andree: Jacobi: Joānis: Thome
Jacobi: Philippi: Bartholomei:
Matthei: Symōis ⁊ Thadei: Lini
Cleti: Clementis: Sixti: Cornelij:
Cypriani Laurētij: Griſogoni: Jo
ānis ⁊ Pauli: Coſme ⁊ Damiani ⁊
omniuȝ ſanctorum tuorum: quorū
meritis precibuſqȝ concedas: vt in
omnibus protectionis tue munia-
mur auxilio. Per eundem chriſtum
dominum noſtrum. Amen.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem ſerui-
tutis nr̄e: ſed ⁊ cuncte familie
tue: q̄s dn̄e vt placatus accipias di

eſqʒ nr̄os in tua pace diſponas: at=
qʒ ab eterna dānatiōe nos eripi: ⁊
in electoꝝ tuoruʒ iubeas grege nu=
merari. ꝑ chriſtū dn̄ʒ nr̄ʒ. amē. Oratio.

Quā oblationē tu deus i oībus
qs̄ [Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiam: qȝ ſuper calicez dicēs.] bn̄ ✠ dictā
aſcri ✠ ptā ra ✠ taʒ: rationabilē
acceptabilemqʒ facere digneris vt
nobis [Hic ſup hoſtiam ſemel ſignet: ⁊ ſup calicem ſemel dicens.] Cor ✠ pus
⁊ ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui
dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. [Hic accipit hoſtiā in manib⁹: ⁊ eleuatꝫ ſurſū oculis bn̄dicit eā dicens.]

Qui pridie quā patereť accepit
panē in ſctās ac venerabiles
manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in ce
lū ad te deū pr̄eʒ ſuū oīpotentē: tibi
gratias agens bene ✠ dixit: fregit
deditqʒ diſcipulis ſuis dicēs. Acci
pite ⁊ manducate ex hoc omnes.

Hoc eſt enim corpus meum.

Hic corpus chriſti leuat: adeo, vt à circunſtantibus poſsit videri et depoſita hoſtia calicẽ manibus accipiens gr̃as agẽs bñdicit dicẽs.

Simili modo poſtquã cenatũ eſt accipiens ⁊ hunc p̃clarum calicẽ in ſctãs ac venerabiles manus ſuas. Itẽ tibi gr̃as agens bene ✠ dixit deditq; diſcipulis ſuis dicẽs. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic eſt enĩ calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni teſtamenti myſterium fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſsionẽ peccatoꝝ.

Hec quotiẽſcunq; feceritis: in mei memoriam facietis. Hic deponit calicem, deinde dicit.

Unde ⁊ memores dñe nos ſerui tui: ſed ⁊ plebs tua ſctã chriſti filij tui dñi nr̃i tam beate paſsionis: necnõ ⁊ ab inferis reſurrectio-

nis: ſed ꝛ in celos glorioſe aſcenſio
nis offerimus p̄clare maieſtati tue:
de tuis donis ac datis. Hic ter ſignet ſup cor
pus ꝛ ſanguinē: ꝛ dein
de ſuper corpus ſemel ꝛ iti
dē ſuper ſanguinē dicens. Hoſtiam ✠ puraʒ:
hoſtiam ✠ ſanctam: hoſtiam ✠
īmaculatā: panem ✠ ſanctuʒ ✠ vi
te eterne ꝛ calicē ✠ ſalutis ꝑpetue.

Supra que propitio ac ſereno
vultu reſpicere digneris ꝛ ac=
cepta habere: ſicuti accepta habe=
re dignatus es munera pueri tui iu
ſti abel: ꝛ ſacrificiuʒ patriarche nr̄i
abrahe: ꝛ quod tibi obtulit ſūmus
ſacerdos tuus Melchiſedech ſctūʒ
ſacrificiū imaculatā hoſtiā. Hic inclinet
ſe ꝛ dicit.

Supplices te rogamus omni
potens Deus: iube hec per=
ferri per manus ſancti angeli tui:

in ſublime altare tuum in conſpe=
ctu diuine maieſtatis tue. Hic eri=
git ſe : z oſculato altare dicit. Ut
quotquot ex hac altaris participa
tione ſacroſanctum filij tui. Hic ſu
per hoſtiam z deinde ſuper calicez
ſignet dicens. Cor ✠ pus z ſangui
✠ nem ſumpſerimus. Hic ſeipſuz
ſignet dicens. Omni bene ✠ dic=
tione celeſti z gratia repleamur.
Per eundem Chriſtum Dominuz
noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

MEmento etiam Domine fa=
mulorum famularumqz tua
rum. N. qui nos preceſſerunt cum ſi
gno fidei: z dormiunt in ſomno pa
cis ipſis Domine z omnibus in


chriſto quieſcentibus locum refri-
gerij lucis ⁊ pacis: vt indulgeas de
precamur. Per eundem Chriſtum
dominũ noſtrũ. Amen. Hĩc pcutiat pectꝰ ſuũ aliq̃ntulũ altꝰ dicẽs.

Nobiſquoqꝫ peccatoribus fa
mulis tuis de multitudine mi
ſerationuꝫ tuarũ ſperantibus par
tem aliquam: ⁊ ſocietatem donare
digneris cum tuis ſanctis apoſto-
lis ⁊ martyribus: cuꝫ Joanne: Ste
phano: Mathia: Barnaba: Ygna
tio: Alexandro: Marcellino: Pe-
tro: Felicitate: Perpetua: Agatha
Lucia: Agnete: Cecilia: Anaſta-
ſia: ⁊ oĩbus ſanctis tuis: intra quo-
rum nos conſortium nõ eſtimator
meriti: ſꝫ venie queſumus largitor
admitte. Per Chriſtum dñꝫ nr̃um.

Per quem hęc omnia domine ſemper bona creas. Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiam quàm ſuper calicem dicens. ſancti✠ficas: viui✠ficas: bene✠dicis: ⁊ pręſtas nobis. Hîc diſcooperiat calicem: ⁊ accepta hoſtia ter cum ea ſignet ſuper ſanguinem dicens. Per ip✠ſum: ⁊ cum ip✠ſo: ⁊ in ip✠ſo. Hîc cum ipſa hoſtia bis inter ſe ⁊ calicem ſignet dicens. Eſt tibi deo patri✠omnipotenti: in vnitate ſpiritus✠ſancti omnis honor ⁊ gloria. Hîc cum dextera manu hoſtiã tenẽs calicẽ deinde erigat cũ vtraq; manu: dicens.




Per omnia ſęcula ſęcu-



lorum. ℟. Amen.


¶ Hîc reponit hoſtiam: ⁊ calicem ipſum cooperit dicens.




Oremꝰ. Preceptis ſaluta-




ribus moniti: ⁊ diuina in-




ſtitutione formati audemꝰ




dicere. Pater noſter q̃ es in




cęlis: ſanctificetur nomen




tuum. Adueniat regnum




tuum. Fiat voluntas tua:




ſicut in cęlo et in terra.



Panem noſtrũ quotidianũ



da nobis hodie. Et di-




mitte nobis debita noſtra:

ſicut ⁊ nos dimittimus debi
toribus noſtris. Et ne nos
inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
Amen.


¶ Supradictus cantus di
citur in feſtis duplicibus et
in octauis ſuis in ſemidupli-
cibus ⁊ dominicis diebus.
In ferialib⁹ verò diebus ⁊
feſtis ſimplicibus ſequens
cantus dicitur.

Per omnia ſęcula ſęculo-
rum. ℟. Amen. Oremus.


Preceptis ſalutaribus mo-
niti, ⁊ diuina inſtitutiõe for-
mati, audem⁹ dicere. Pa-
ter noſter q̃ es in cęlis: ſan-
ctificetur nomẽ tuũ. Adue-
niat regnum tuum. Fiat vo
luntas tua: ſicut in cęlo ⁊ in
terra. Panez noſtrũ quotti
dianum da nobis hodie.




Et dimitte nobꝫ debita no




ſtra: ſicut et nos dimittim⁹



debitoribus noſtris. Et ne




nos inducas in tentationẽ.



℟. Sed libera nos à malo, amẽ.

Sub ſilentio dicitur.

Libera nos queſumus domine ab omnibus malis prȩteritis: prȩſentibus: ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemper virgine dei genitrice Maria: ⁊ beatis apoſtolis tuis Petro: ⁊ Paulo: atq Andrea: ⁊ omnibus ſanctis: da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordię tuę adiuti ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi: ⁊ ab omni perturbatione ſecuri. Hîc accipit patenam dextera manu: ⁊ cũ ea ſeſignat: ⁊ eãdẽ ſubmittens hoſtię: ponit hoſtiã in patena: ⁊ diſcooperto calice reuerenter hoſtiam per medium ſup calicẽ frangit dicens. Per eũdem dñm noſtrũ Jeſum chriſtũ filium tuũ. Et mediam partẽ q̃ dextera tenet: deponit in patena. Et de illa quam tenet in ſiniſtra: frangit particulã ⁊ medię parti que eſt in patena adiungit dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Reliq̃ verò partem: dextera ſuper calicem tenẽs ſacerdos calice deinde parum eleuato dicit.




Per omnia ſecula ſeculoꝝ.




℟. Amen.

Hîc calice depoſito ter cũ particula illa ſignat ſup calicẽ tm̃ dicẽs.



Pax ✠ domini ſit ✠ ſemp vo



biſ ✠ cũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.

¶ Hîc ponit particulam hoſtię in ſanguinem dicens.

Fiat cōmixtio ⁊ conſecratio corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri Jeſu chriſti, accipientibus nobis ſalus in vitã eternam. Amen. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miſereri nobis. Et ter dicitur: ſed tertio additur. dona nobis pacẽ. In miſſis vero pro defunctis bis dicitur. dona eis requiem. Tertio autem additur. ſempiternam. Hic inclinat ſe ante corpus domini, dicens.

Domine Jeſu chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis: ne reſpicias peccata mea: ſed fidem eccleſie tue: eamq; ſecundum voluntatem tuam pacificare ⁊ coadunare dignare: qui viuis ⁊ regnas deus: per omnia ſecula ſeculorũ. Amẽ. Hic erectus ſacerdos, oſculatur altare: ⁊ dãs pacem miniſtro, dicit. Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Deinde inclinatus, ſacerdos iterum dicit has Orationes.

Domine Jeſu chriſte fili dei viui: qui ex voluntate patris cooperãte ſpiritu ſancto, per mortem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacrum corpus ⁊ ſanguinem tuum ab omnib⁹ iniquitatibus meis: ⁊ vniuerſis malis: ⁊ fac me tuis ſemper inherere mandatis: ⁊ a te nunquam ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. Amen. Oratio.

Perceptio corporis tui domine Jeſu chriſte, quam ego indignus ſumere preſumo: nõ mihi preueniat in iudicium et condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamẽtum mẽtis ⁊ corporꝫ: ⁊ ad medelam percipiendã. Qui viuꝫ ⁊ regnas cum deo patre, in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Hic accipit patenam cum corpore Chriſti: et cum maxima humilitate ⁊ reuerentia dicit.

Panem celeſtem accipiã: ⁊ nomen domini inuocabo. Hic percutiat pectus ſuum, Domine nõ (ter dicens. ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, ⁊ ſanabitur anima mea. Hic ſumat corpus reuerẽter, ſignans ſe illo, dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu chriſti cuſtodiat animã meam in vitam eternam. Amen. Hic poſtea ſi quid remanſerit in patena cum digito reponit in calicem: ⁊ cũ reuerentia deinde accipit calicem ipſum di-

Quid retribuā dño (ces.
pro omnibus que retri-
buit mihi? Calicem ſalutaris
accipiam: ꝛ nomen domini in-
uocabo. Laudans inuocabo
dominū: et ab inimicis meꝫ ſal-
uus ero. Hic ſumit ſanguineꝫ:
ſignans ſe ipſo dicens.
Sanguis domini noſtri ie
ſu Chriſti cuſtodiat animam
meam in vitam eternā. Amē.
Sumpto ſanguine poſtea di-
gitos perfundit dicens.
Quod ore ſumpſimus do-
mine pura mēte capiam⁹: ꝛ de
munere temporali fiat nobis
remedium ſempiternuꝫ. Alia
(oratio.
Corpus tuum do
mine quod ſumpſi, ꝛ ſan-
guis quem potaui: adhereat
viſceribus meis: ꝛ preſta: vt in
me non remaneat ſceleruꝫ ma
cula: quem pura ꝛ ſancta refe
cerunt ſacramenta. Qui viuis
ꝛ regnas in ſecula ſeculorum.
Amen. Hic antequam dicat.
Dominus vobiſcum. Oſcula
tur altare: ꝛ iunctis manibus
vertit ſe ad populum dicens.
Dominus vobiſcuꝫ. Deinde
verſus ad altare dicit. Ore-
mus. Cantato. Ite miſſa eſt
vel. Benedicamus domino. ꝛ
reſponſo. Deo gratias. Po-
ſtea ſacerdos inclinat ſe ante
medium altaris ꝛ dicit.

Placeat tibi ſancta trini-
tas obſequꝫ ſuitutꝫ mee
ꝛ preſta: vt ſacrificium quod
oculis tue maieſtatis indign⁹
obtuli: tibi ſit acceptabile: mi-
hique ꝛ omnibus, pro quibus
illud obtuli: ſit te miſerante ꝓ-
pitiabile. Per Chriſtum do-
minum noſtrum. Amen. De-
inde ſacerdos benedicit popu
lum dicens, In vnitate ſancti
ſpiritus, benedicat vos pater
ꝛ filius. Reſponſio. Amen.
¶ In miſſa pro defunctis dici-
tur. Requieſcant in pace. ℟.
Amen. deinde benedicit po-
pulum dicens. Deus vitā vi-
uorum ꝛ reſurrectio mortuorū
benedicat vos in ſecula ſeculo
rum. Reſponſorio. Amen.
¶ Reuerſus in ſacrariū ſa-
cerdos exuens ſe veſtibus ſa-
cerdotalibus dicit hanc anti-
phonam. Trium puerorum
cantemus hymnum: quem cā
tabant in camino ignis bene-
dicentes dominū. ps. Bene-
dicite omnia opera domini do-
mino: laudate ꝛ ſuper exaltate
eum in ſecula. Totū dicitur cū
pſalmo. Laudate dominum in
ſanctis eius: laudate eum in fir
mamento virtutis eius ꝛc.
¶ Et nota quod quando fit of
ficium duplex hec antiphona
duplicatur in pricipio vt ſolet

fieri in duplici officio. Deinde reperitur antiphona. Trium puerorum cantemus hymnū. Kyrieleiſon. Chriſteleiſō. Kyrieleiſon. Pater noſter qui es in celis. verſ. Et ne nos inducas in tentationē. Reſponſoriū. Sed libera nos a malo. verſus. Confiteantur tibi domine omnia opa tua. Reſponſoriū. Et ſancti tui benedicant tibi. verſus. Exultabunt ſancti in gloria. Reſponſorium. Letabuntur in cubilibꝰ ſuis. verſus. Non nobis domine nō nobis. Reſponſorium. Sed nomini tuo da gloriam. verſus. Domine exaudi orationem meā. Reſponſorium. Et clamor meꝰ ad te veniat. verſus. Dominꝰ vobiſcum. Reſponſorium. Et cum ſpiritu tuo. Oremꝰ. Oratio.

Deus qui tribus pueris mittigaſti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum: per chriſtum dominum noſtrum. Amen. Alia Oratio.

Actiones noſtras queſumus domine, aſpirando preueni, et adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio et operatio a te ſemper incipiat: et per te cepta, finiat. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Alia oratio.

Da nobis queſumus domine, vitiorum noſtrorū flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormētorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum dominū noſtrum. Amē.







Dominica reſurrectionis domini.
Statio ad ſancta mariā maiorē.

Introitus.

REſurrexi ⁊ adhuc tecum ſuꝫ al-
leluia: poſuiſti ſuper me manum
tuā alleluia: mirabilis facta ē ſci-
entia tua. Alleluia. alleluia. ps.
Dñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognoui
ſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionem meam. ℣.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctō. Oratio
DEus qui hodierna die: ꝑ vnigenitum
tuū: ęternitatis nobis adituꝫ deuicta
morte reſeraſti: vota noſtra: quę pręuenien
do aſpiras: etiā adiuuādo ꝓſequere. Per
eundem dominum noſtrum. Lectio epiſto
lę beati pauli apoſtoli ad Corinthios. j. c. v.
FRatres. Expurgate vetus fermen-
tum: vt ſitis noua conſperſio: ſicut e-
ſtis azimi. Etenim paſcha noſtrum immo-
latus eſt chriſtus. Itaqꝫ epulemur: non in
fermento veteri: neqꝫ in fermento malitię
⁊ nequitię. Sed in azimis ſynceritatis ⁊ ve
ritatis. Graduale. Hęc dies quam fecit do
minus: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Con
fitemini domino quoniam bonus: quoniaꝫ
in ſęculum miſericordia eius. Alleluia. ℣.
Paſcha noſtrum imolatus eſt Xp̄s.
VIctimę paſchali: laudes Seq̄ntia.



immolent chriſtiani. Agnus
redemit oues chriſtus innocēs
patri reconciliauit peccatores
Mors ⁊ vita duello conflixere
mirando: dux vitę mortuus: re
gnat viuus. Dic nobis maria
quid vidiſti ĩ via? Sepulchrū
chriſti viuentis: ⁊ gloriā vidi re
ſurgētis. Dic nobis maria q̃d
vidiſti ĩ via? Angelicos teſtes
ſudarium ⁊ veſtes. Dic nobis
maria quid vidiſti ĩ via? Sur
rexit chriſtus ſpes mea: p̄cedet
vos in galilęā. Credendum ē
magis ſoli marię veraci: ꝗ̃ iu-
deorū turbę fallaci. Scimus
chriſtū ſurrexiſſe à mortuis ve-
re: tu nobis victor rex miſerere
Amen. Sequentia ſancti euā
gelij ſecundū Marcū. ca.xvj.

In illo tempore. Maria
magdalenę: ⁊ maria iaco
bi ⁊ ſalome: emerunt aromata
vt venientes vngerēt Jeſum.
Et valdè mane vna ſabbatorū
veniunt ad monumentum: or-
to iam ſole. Et dicebāt ad inui
cem. Quis reuoluet nobis la-
pidem ab oſtio monumenti? ⁊
reſpicientes: viderunt reuolu-
tum lapidē. Erat quippè ma-
gnus valdè. Et introëuntes ĩ
monumentum viderunt iuue-
nem in dextris ſedentem, coop
tum ſtola candida: ⁊ obſtupue
runt. Qui dixit illis. Nolite ex-
pauēſcere. Jeſum quęritis na
zarenum crucifixum: ſurrexit
non eſt hic. Ecce locus vbi po
ſuerunt eum. Sed ite dicite di
ſcipulis eius, ⁊ petro: q̃r pręce
det vos in galilęam. Ibi eum
videbitis ſicut dixit vobis. Of
ferto. Terra tremuit ⁊ quie-
uit dum reſurgeret ĩ iudicio de-
us. Alleluia. Secreta.

Suſcipe, quęſumus domi
ne, preces populi tui: cum obla
tionibus hoſtiarum: vt paſcha
libus initiata myſterijs: ad ę-
ternitatis nobis medelam: te
operante: proficiant. Per do-
minum noſtrum. Communio.
Paſcha noſtrum immolatus
eſt chriſtus. alleluia. itaq; epu-
lemur in azimis ſynceritatis ⁊
veritatis alleluia: alleluia: alle
luia. Poſt communio.

Spiritum nobis, domine,
tuę charitatis ĩfunde: vt quos
ſacramētis paſchalibus ſatia-
ſti: tua facias pietate cōcordes
Per, in vnitate eiuſdē ſpiritus
¶ Infra octa. paſchę non fit d̃
aliquo alio feſto: ſed poſt octa.
celebrantur. ¶ Feria. iij. Sta-
tio ad ſanctū petrū. Introitus

Introduxit vos do-
minus in terrā fluen
tem lac ⁊ mel. allā. ⁊
vt lex domini ſemp
ſit in ore veſtro. allā. allā. ps.

Confitemini domino ⁊ inuoca
te nomen eius: annunciate in-
ter gentes opera eius. ℣. Glo-
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oro.
Deus qui ſolẽnitate paſ-
chali mundo remedia cõ
tuliſti: populum tuum, quęſu-
mus cęleſti dono proſequere:
vt ⁊ perfectam libertatem con
ſequi mereatur: ⁊ ad vitã profi
ciat ſempiternam. Per domi-
num noſtrum Jeſum chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit
⁊ regnat in vnitate ſpiritus. ⁊c
Lectio actuũ apoſtoloꝝ. ca.x.
In diebus illis. Stãs pe-
trus in medio plebis di-
xit. Uiri fratres: vos ſcitis qđ
factũ eſt verbũ per vniuerſam
iudęam. Incipiens enim à ga
lilęa poſt baptiſmum quod p̄-
dicauit Joãnes Jeſum à naza
reth: quomodo vnxit eum deꝰ
ſpiritu ſancto ⁊ virtute: qui p-
tranſiuit benefaciendo: ⁊ ſanã
do omnes opprędos à diabolo
quoniã deus erat cum illo. Et
nos teſtes ſumus omniũ: quę
fecit in regione iudęorum ⁊ hie
ruſalem: quem occiderunt ſuſ-
pendentes in ligno. Hunc de-
us ſuſcitauit tertia die: ⁊ dedit
eum manifeſtum fieri: non om-
ni populo ſed teſtibus pręordi
natis à deo: nobis qui mandu-
cauimus ⁊ bibimus cum illo:
poſtq̃ ſurrexit a mortuis. Et
pręcepit nobis prędicare po-
pulo: ⁊ teſtificari: quia ipſe eſt
qui conſtitutus eſt à deo iudex
viuorum ⁊ mortuorum. Huic
omnes prophetę teſtimonium
perhibent: remiſſionem pec-
catorum accipere per nomen
eius omnes qui credunt in eũ.
Graduale. Hęc dies quam fe-
cit dominus exultemus ⁊ lęte-
mur in ea. ℣. Dicat nunc iſra-
ël quoniam bonus: quoniam ĩ
ſęculũ miſericordia eius. Al-
leluia. ℣. Angelus domini de-
ſcendit de cęlo: ⁊ accedens re-
uoluit lapidem ⁊ ſedebat ſuper
eum. Sequentia ſancti euan-
gelij ſecundũ Lucã. ca.xxiiij
In illo tempore. Duo ex
diſcipulis Jeſu ibant ip
ſa die in caſtellum: quod erat ĩ
ſpacio ſtadiorum ſexaginta ab
hieruſalem: nomine Emaus.
Et ipſi loquebantur ad inui-
cem de his omnibus quę acci-
derant. Et factum eſt dum fa-
bularentur: ⁊ ſecum quęrerẽt:
⁊ ipſe Jeſus appropinquans
ibat cum illis. Oculi autem eo
rum tenebantur: ne eum agno
ſcerent. Et ait ad illos. Qui
ſunt hi ſermones: quos confer
tis ad inuicem ambulantes: et
eſtis triſtes? Et reſpõdẽs vnꝰ
cui nomen cleophas: ⁊ dixit ei.

Tu ſol⁹ peregrin⁹ es in hieru
ſalē:ꝛ nō cognouiſti quę facta
ſunt in illa his diebus? Quib⁹
ille dixit. Que? Et dixerunt.
De Jeſu nazareno: q̄ fuit vir
propheta potēs in opere:ꝛ ſer
mone, corā deo, ꝛ omni popu-
lo. Et quomodo tradiderūt eū
ſummi ſacerdotes:ꝛ principes
noſtri in dānationem mortis:ꝛ
crucifixerunt eū. Nos autē ſpe
rabamus: qꝛ ipſe eſſet redem-
pturus iſraël. Et nūc ſup hęc
omnia tertia dies eſt hodie: q
hęc facta ſūt. Sed ꝛ mulieres
quędam ex noſtris terruerunt
nos: quę ante lucē fuerunt ad
monumētū:ꝛ non inuento cor-
pore eius:venerunt dicētes: ſe
etiā viſionē angelorū vidiſſe:
qui dicūt eum viuere. Et abie
runt quidam ex noſtris ad mo
numentū: ꝛ ita inuenerunt ſi-
cut mulieres dixerūt:ipſum ve
rò non inuenerunt. Et ipſe di-
xit ad eos. O ſtulti ꝛ tardi cor-
de ad credēdum in oībus quę
locuti ſunt prophetę. Nonne
hęc oportuit pati chriſtū: ꝛ ita
intrare in gloriā ſuā? Et inci-
piens à moyſe ꝛ omnibus pro
phetis: interpretabatur illis ī
omnibus ſcripturis quę de ip-
ſo erant. Et appropinquaue-
runt caſtello quo ibant. Et ip-
ſe finxit ſe longius ire. Et coē-
runt illum dicētes. Mane no-
biſcum: quoniam adueſperaſ-
cit:ꝛ inclinata eſt iam dies. Et
intrauit cū illis. Et factum eſt
dū recūberet cum illis: accepit
panē ꝛ benedixit: ac fregit: et
porrigebat illis. Et ſtatim ap
ti ſunt oculi eorum:ꝛ cognoue-
runt eū. Et ipſe euanuit ab o-
culis eorum. Et dixerunt ad in
uicem. Nōne cor noſtrū ardēs
erat in nobis: dum loqueretur
in via:ꝛ aperiret nobis ſcriptu
ras? Et ſurgentes eadem ho-
ra: regreſsi ſunt in hieruſalē:
ꝛ inuenerunt congregatos vn
decim:ꝛ eos qui cū ipſis erant
dicentes. Quia ſurrexit domi-
nus verè: ꝛ apparuit ſymoni.
Et ipſi narrabāt quę geſta e-
rant in via:ꝛ quomodo cogno-
uerunt eū in fractione panis.
Offer. Angelus dn̄i deſcēdit
de cęlo:ꝛ dixit mulieribus: quē
q̄ritis ſurrexit ſicut dixit. alla.

Sec. Suſcipe, q̄s dn̄e, pre
ces ppl'i tui cū oblatiōib⁹
hoſtiarū: vt paſchalibus initia
ta myſterijs ad ęternitatis no
bis medelā: te opante ꝑficiāt:
Per dn̄m. Cō. Surrexit do-
minus ꝛ apparuit petro. alle-
luia. Poſt communio.
Spiritum nobis, dn̄e, tuę
charitatē īfunde: vt quos ſacra
mētis paſchalib⁹ ſatiaſti: tua

facias pietate cōcordes. Per dn̄m noſtrū Jeſum xp̄m filium tuum. Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate eiuſdē ſpirit⁹ ſancti.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctum Paulum. Introitus.

Ec cle. 15. AQua ſapiētię potauit eos. Alla: firmabitur in illis ꝛ non flectetur. Alleluia: ꝛ exaltauit eos in ęternū. alla

ps. 104 alla. ps. Confitemini dn̄o, ꝛ inuocate nomen eius: annunciate inter gētes opa ei⁹. ℣. Glia.

DEus qui eccleſiā Oro. tuā nouo ſemp fętu multiplicas: cōcede famulis tuis: vt ſacramentū viuēdo teneāt: qđ fide perceperunt. Per do.

Lectio actuū apoſtoloꝝ. c. xiij.

IN diebus illis. Surgēs paulus, ꝛ manu ſilentiū indicens, ait. Uiri fratres, filij generis Abrahā, ꝛ qui in vobis timent deū: vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitant hieruſalem, ꝛ principes eius: ignorantes Jeſum, ꝛ voces prophetarū: quę per omne ſabbatū legūtur: iudicātes impleuerūt. Et nullā cauſam mortis inuenientes in eo: petierūt à pilato, vt interficerent eum. Cumqꝫ conſumaſſent omnia, quę de eo ſcripta erant: deponētes eū de ligno, poſuerūt eum in monumento. Deus verò ſuſcitauit eū à mortuis tertia die. Qui viſus eſt ꝑ dies multos, his qui aſcenderant ſimul cū eo, de galilęa in hieruſalem: qui vſqꝫ nunc ſunt teſtes ei⁹ ad plebē. Et nos vobis annunciam⁹ eam, quę ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc deus adimpleuit filijs veſtris: reſuſcitans Jeſum xp̄m dn̄m noſtrū.

Graduale. Hęc dies quam fecit dominus: exultemus ꝛ lętemur in ea. ps. 117. ℣. Dicant nunc qui redempti ſunt à domino: quos redemit đ manu inimici: ꝛ đ regionib⁹ cōgregauit eos. Alla. ℣. Surrexit dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno.

Sequētia ſancti euāgelij ſecundùm Lucā. cap. ij.

IN illo tēpore. Stetit Jeſus in medio diſcipuloꝝ ſuorum: ꝛ dixit eis. Pax vobis: Ego ſum. Nolite timere. Cōturbati verò, ꝛ conterriti: exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis: ꝛ cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Uidete man⁹ meas ꝛ pedes meos: quia ego ipſe ſu. Palpate: ꝛ videte: qꝛ ſpūs carnē ꝛ oſſa nō habet, ſicut me videtꝭ habere. Et cū hoc dixiſſet: oſtēdit eis man⁹ ꝛ pedes.

Adhuc autem illis non credē
tibus, ⁊ mirātibus pre gaudio
dixit. Habetis hic aliquid q̄
māducetur? At illi obtulerūt
ei partem piſcis aſſi, ⁊ fauum
mellis. Et cum māducaſſet co
ram eis: ſumens reliquias, de
dit eis: ⁊ dixit ad eos. Hec ſunt
verba q̄ locutꝰ ſum ad vos: cū
adhuc eſſem vobiſcū: quoniā
neceſſe eſt impleri omnia que
ſcripta ſunt in lege moyſi, ⁊ p
phetis, ⁊ pſalmis de me. Tūc
aperuit illis ſenſum, vt intelli-
gerēt ſcripturas. Et dixit eis.
Quoniā ſic ſcriptū eſt. Et ſic
oportebat pati xp̄m: ⁊ reſurge
re a mortuis die tertia: ⁊ predi-
cari in nomine eius penitētiā,
in remiſſionē peccatorū in oēs
ps. 17. gētes. Offerto. Intonuit de
celo dn̄s: ⁊ altiſſimus dedit vo
cem ſuam: ⁊ apparuerunt fon
tes aquarū. Alleluia. Secre.
Suſcipe dn̄e fideliū p̄ces
cū oblationibꝰ hoſtiarū:
vt per hec pie deuotionis officia,
ad celeſtem gl'iam tranſeamꝰ.
col. 3. Per. Cōmunio. Si cōſurrexi
ſtis cū xp̄o: q̄ ſurſum ſunt q̄rite.
all'a: vbi xp̄s eſt in dextera dei
ſedēs: q̄ ſurſum ſunt ſapite. all'a.
Concede, q̄ſu- Poſt cōio.
mus oīps deus vt paſcha
lis perceptio ſacramēti, conti-
nua in noſtris mentibꝰ perſe-
ueret. Per dn̄m noſtrū Jeſum.

¶ Feria.iiij. Statio ad ſanctū
laurētiū extra muros. Introi.
Venite benedicti pa math.
tris mei, p̄cipite re- 25.
gnum. alleluia. qđ
vobis paratū eſt ab
origine mūdi. All'a. all'a. all'a.
Ps. Cātate dn̄o canticū nouū:
cātate dn̄o oīs terra. V. Gl'ia. ps. 95.
Deus qui nos (Oratio.
reſurrectionis dn̄ice an-
nua ſolēnitate letificas, cōcede
p̄pitius vt per tēporalia feſta
q̄ agimꝰ: peruenire ad gaudia
eterna mereamur. Per. Ab
hac die vſq̄ ad octauam: poſt
orationē diei dicitur. Cōtra p-
ſecutores eccleſie. Oratio.
Eccleſie tue, queſumꝰ do
mine, preces placatꝰ ad
mitte: vt deſtructis aduerſita-
tibus ⁊ erroribus vniuerſis, ſe
cura tibi ſeruiat libertate. P.
dominum. Pro papa. Oratio.
Deus omnium fideliū pa-
ſtor ⁊ rector, famulū tuū.
N. quē paſtorē eccleſie tue p̄
eſſe voluiſti, p̄pitiꝰ reſpice: da
ei, q̄ſumꝰ, v̄bo ⁊ exēplo quibus
p̄eſt, pficere: vt ad vitā, vnā cū
grege ſibi credito perueniat ſem
piternā. Per. Lectio actuum
apoſtolorum. Capitulum. iij.
In diebꝰ illis. Ap̄iēs petrꝰ
os ſuū, dixit. Viri iſraeli-

te: ⁊ qui timetis deum, audite.
Deus abꝛahaꝫ ⁊ deus Iſaac
⁊ deus Jacob: deus patrũ no-
ſtroꝝ gloꝛificauit filiũ ſuũ Je-
ſum: quem vos quidem tradi-
diſtis: ⁊ negaſtis ante faciẽ pi-
lati: iudicãte illo dimitti. Uos
autẽ ſanctum ⁊ iuſtũ negaſtis:
⁊ petiſtis virum homicidã do-
nari vobꝫ: auctoꝛem verò vite
interfeciſtis. Quem deus ſuſci
tauit à moꝛtuis. Cuius nos te
ſtes ſumus. Et nunc fratres:
ſcio quia per ignoꝛãtiam feci-
ſtis, ⁊ ſicut ⁊ pꝛincipes veſtri.
Deus aũt qui pꝛenunciauit p
os omniũ ꝓphetarũ pati xp̄m
ſuũ: impleuit ſic. Penitemini
igitur, ⁊ conuertimini: vt deleã
tur veſtra peccata. Graduale.
Hec dies quã fecit dominus:
exultemus, ⁊ letemur in ea. ℣.
Dextera dñi fecit virtutẽ: dex-
tera dñi exaltauit me. Alleluia
℣. Surrexit dominus verè: ⁊
apperuit Petro. Sequentia
ſancti euangelij ſecundũ
Joannem. Capitu. xxj.

In illo tempoꝛe. Manife
ſtauit ſe iterũ Jeſus diſci-
pulis ſuis ad mare tyberiadꝭ.
Manifeſtauit aũt ſic. Erant
aũt ſimul ſymon petrus ⁊ tho
mas, qui dicitur didymꝰ: ⁊ na-
thanael, qui erat à chana gali-
lee: ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex diſci
pulis eiꝰ duo. Dicit eis ſymõ
petrus. Uado piſcari. Dicũt
ei. Uenimus ⁊ nos tecum. Et
exierũt: ⁊ aſcenderũt in nauiꝫ:
⁊ illa nocte nihil pꝛehendide-
runt. Mane autẽ facto, ſtetit
Jeſus in littoꝛe: non tamen co
gnouerũt diſcipuli, quia Jeſꝰ
eſt. Dicit ergo eis Jeſꝰ. Pue-
ri, nunquid pulmentarium ha
betis? Rñderunt ei. Non. Et
dixit eis. Mittite in dexteram
nauigij rethe: ⁊ inuenietꝫ. Mi
ſerũt ergo: ⁊ iam nõ valebant
illud trahere pꝛe multitudi-
ne piſcium. Dicit ergo diſcipu
lus ille quem diligebat Jeſus,
Petro. Dominus eſt. Symõ
ergo Petrus cum audiſſet qꝛ
dominus eſt: tunicam ſuccixit
ſe. Erat enim nudus: ⁊ miſit ſe
in mare. Alij autẽ diſcipuli, na
uigio venerunt. Nõ enim lon-
gè erãt à terra, ſed quaſi cubi-
tis ducentis: trahentes rethe
piſcium. Ut ergo deſcẽderũt
in terram: viderunt pꝛunas po
ſitas: ⁊ piſcem ſuper poſituꝫ: ⁊
paneꝫ. Dixit eis Jeſus. Affer
te de piſcibus quos pꝛehẽdidi
ſtis nunc. Aſcendit autem ſy-
mon Petrus ⁊ traxit rethe in
terram, plenum magnis piſci-
bus, cẽtuꝫ quinq̃ginta tribus.
Et cũ tãti eſſent: nõ eſt ſciſſuꝫ
rethe. Dixit, eis Jeſus. Ueni

te prādete. Et nemo audebat diſcumbētium interrogare eū: tu quis es: sciēs quia dñs eſt. Et venit ieſus ⁊ accepit panē: ⁊ dedit eis: ⁊ piſcem ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis: reſurrexiſſet à mortuis. Offer. Portas celi apuit dñs: ⁊ pluit illis māna vt ederent: panem celi dedit eis: panem angelorꝝ manducauit homo. Alleluia.

Sacrificia dñe(Secreta. paſchalibus gaudijs immolamus: quibus eccleſia tua mirabiliter paſcitur ⁊ nutritur. Per dominum. Alia ſecreta.

Protege nos dñe tuꝫ myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inherentes: ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mēte. Per.

1.corin. 15. Communio. Chriſtus reſurgens ex mortuis: iam nō moritur: alleluia: mors illi vltra nō dominabitur. alleluia alleluia.

Ab omni nos(Poſt cōio. qs domine vetuſtate purgatos: ſacramēti tui veneranda perceptio in nouā trāſferat creaturā. Qui viuis. Alia poſt

Vesum⁹ dñe deus cōio. noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominū noſt.

¶ Feria.v. Statio ad ſanctos. xij. Apoſtolos. Introitus.

Victricem manū tuam domine laudauerunt pariter. alleluia. qꝛ ſapientia aperuit os mutum: ⁊ linguas īfantium fecit diſertas. alleluia. alleluia. ps. Cantate dño canticum nouum: qꝛ mirabilia fecit. ps 79.

℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊. Orō.

Deus qui diuerſitatē gentiū in confeſsione tui nominis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatꝫ vna ſit fides mentium: ⁊ pietas actionum. Per dñꝫ. Pro papa. Oratio.

Deus omnium fidelium paſtor ⁊ rector: famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſie tue preeſſe voluiſti: propitius reſpice: da ei queſumus verbo ⁊ exemplo quib⁹ preeſt ꝓficere: vt ad vitam: vna cū grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per. Vel contra pſecutores eccleſie. Oratio.

Eccleſie tue qs dñe pces placat⁹ admitte: vt dēſtructꝫ aduerſitatib⁹: ⁊ erroꝛib⁹ vniuerſis: ſecura tibi ſuiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium. Lectio actuū apoſtolorū. viij.

In dieb⁹ illis. Angelus dñi locut⁹ eſt ad Philippum dicēs. Surge ⁊ vade con

tra meridianum: ad viam quę
deſcendit ab hieruſalem in ga
zã: hęc eſt deſerta. Et ſurgẽs,
abijt. Et ecce vir ethiops eu-
nuchus potens candacis regi
nę ethiopũ, qui erat ſuper oẽs
gazas ei9, venerat adorare in
herusalem: ⁊ reuertebatur, ſe
dẽs ſuper currum ſuũ, legẽſq;
Eſaiaz prophetã: dixit autem
ſpũs philippo. Accede: ⁊ ad
iũge te ad currũ iſtum. Accur
rens autẽ Philippus, audiuit
illũ legentẽ Iſaiã ꝓphetã. Et
dixit. Putaſne intelligis quę le
gis? Qui ait? Et quomodo poſ
ſum, ſi non aliquis oſtenderit
mihi? Rogauitq; philippum
vt aſcenderet: ⁊ ſederet ſecum.
Locus autem ſcripturę quam
legebat, hic erat. Tanq̃ ouis
ad occiſionem ductus eſt, ⁊ ſi-
cut agnus coram tõdente ſe ſi-
ne voce: ſic nõ aperuit os ſuũ.
In humilitate iudiciũ eius ſub
latũ eſt. Generationẽ ei9 quis
enarrabit? Quoniã tolletur d̃
terra vita eius. Rñdẽs aũt eu
nuchus philippo, dixit. O bſe-
cro te, d̃ quo ꝓpheta dicit hoc:
de ſe, an de alio aliquo? Ape-
riẽs aũt philippus os ſuũ, ⁊ ici
piẽs à ſcriptura iſta, euãgeliza
uit illi Ieſuz. Et dũ irẽt ꝑ viã:
venerũt ad quãdã aquam. Et
ait eunuchus. Ecce aqua: q̃s
prohibet me baptizari? Dixit
aũt philippus. Si credis ex to
to corde: licet. Et rñdens, ait.
Credo filiũ dei eſſe Ieſuz chri-
ſtũ. Et iuſsit ſtare currũ: ⁊ de-
ſcẽderũt vterq; in aquã, philip
pus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit
euz. Cum aũt aſcendiſſent de
aqua: ſpiritus domini rapuit
philippum: ⁊ amplius non vi-
dit eum eunchus. Ibat autez
per viam ſuã gaudẽs. Philip-
pus autem inuentus eſt in azo
to. Et pertranſiens, euangeli
zabat ciuitatibus cunctis: do-
nec veniret cęſaream: nomen
domini Ieſu Chriſti. Gradu.
Hęc dies quam fecit domin9:
exultemus, ⁊ lętemur in ea. ℣.
Lapidẽ quez reprobauerunt
ędificantes: hic factus eſt ica-
put anguli: à domino factum
eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in ocu-
lꝫ nr̃is. Allã. ℣. Surrexit xp̃s
q̃ creauit oĩa: ⁊ miſertus eſt hu
mano gñi. Seq̃ntia ſancti euã
geliĩ ſm Ioannem. capite. xx.

In illo tẽpore. Maria ſta
bat ad monumẽtum fo-
ris, plorãs. Dum ergo fleret,
inclinauit ſe: ⁊ proſpexit in mo
numentum. Et vidit duos an-
gelos in albis ſedẽtes: vnũ ad
caput, ⁊ vnũ ad pedes: vbi po
ſitũ fuerat corp9 Ieſu. Dicũt
ei illi. Mulier, q̃d ploras? Di-

cit eis: Quia tulerũt dominuȝ
meũ: ⁊ neſcio vbi poſuerũt eũ.
Hęc cũ dixiſſet: cõuerſa eſt re-
trorſuȝ: ⁊ vidit Jeſuȝ ſtantem:
⁊ neſciebat quia Jeſus eſt. Di
cit ei Jeſus. Mulier quid plo
ras? Quē q̃ris? Illa ęſtimãs
qꝛ hortulan⁹ eſſet, dicit ei. Do
mine: ſi tu ſuſtuliſti eum: dicito
mihi vbi poſuiſti euȝ: ⁊ ego euȝ
tollã. Dicit ei Jeſus. Maria?
Conuerſa illa dicit ei. Rabbo
ni, qđ dicit̃ magiſter. Dicit ei
Jeſus. Noli me tangere. Non
duȝ enim aſcẽdi ad patreȝ me
uȝ. Uade aũt ad fratres meos
⁊ dic eis. Aſcendo ad pr̃eȝ me
um ⁊ patrẽ veſtrũ: deuȝ meum
⁊ deuȝ veſtrũ. Uenit ergo ma-
ria magdalene annũciãs diſci
pulis, quia vidi dñm: ⁊ hęc di-
Le uiti. 20. xit mihi. Offertorio. In die ſo
lẽnitatis veſtrę, dicit dñs: indu
cam vos in terrã fluentẽ lac ⁊
mel. Alla. Sec.
S Uſcipe quęſum⁹ dñe munera po-
pulor̄ tuor̄ ꝓpiti⁹: vt cõfeſsio
ne tui nominis ⁊ baptiſmate re
nouati: ſempiternã beatitudi-
neȝ cõſequantur. Per dñm.
Alia ſec.
O Blatis q̃s dñe placare muneribus: ⁊ fa-
mulũ tuuȝ. N. queȝ paſtorē ec-
cleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſsi-
dua ꝓtectione guberna. Per.
Communio. Populus acqui
ſitionȝ annũciate, virtutes ei⁹
Alleluia. qui vos de tenebris
vocauit in admirabile lumẽ ſu-
um. Alleluia. Poſt cõmunio.
E Xaudi domine preces no
ſtras, vt redẽptionis no-
ſtrę ſacroſancta cõmercia, ⁊ vi
te nobis cõferant pręſentis au
xiliuȝ: ⁊ gaudia ſempiterna cõ
cilient. Per d. Alia poſt coĩo.
H Ec nos quęſumus domi
ne, diuini ſacramenti per
ceptio ꝓtegat: ⁊ famulũ tuuȝ.
N. quē paſtoreȝ eccleſię tuę eſ-
ſe voluiſti vnà cum cõmiſſo ſibi
grege ſaluet ſemꝑ ⁊ muniat. P.
¶ Feria. vj. Statio ad ſanctã
Mariam rotu. Introitus.
D Uxit eos domin⁹ ps. 77
in ſpe. alla. ⁊ inimi-
cos eorum operuit
mare. alla. alleluia.
alleluia. ps. Attẽdite popule
meus legẽ meam: inclinate au
rem veſtraȝ in verba oris mei.
℣. Glori patri ⁊ filio ⁊. Orati.
O Mnipotens ſempiterne
deus: qui paſchale ſacra-
mentuȝ in reconciliationis hu
manę fędere cõtuliſti: da men-
tibus noſtris: vt qđ profeſsio-
ne celebramus: imitemur effe-
ctu. Per. Cõtra pſecu. eccl'ię.
E Ccleſię tuę q̃s domine, preces placatus ad Orõ.
mitte: vt deſtructis aduerſita-

tibus ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. per. Uel pro Papa. Deus oīum fidelium. Reqre in feria qnta precedenti. Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli. j. cap. iij.

Charisſimi. Chriſtus ſemel ꝓ peccatis nr̄is mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret deo: mortificatos quidē carne viuificatos autem ſpiritu. In quo ⁊ his q̄ in carcere erant ſpiritualiter veniēs p̄dicauit: q̄ increduli fuerāt aliquādo: quādo expectabāt dei patientiam: in diebus noe, cum fabricaret archa. In qua pauci: id eſt octo anime ſalue facte ſunt per aquam. Quod ⁊ vos nūc ſimilis forme ſaluos facit baptiſma: nō carnis depoſitio ſordiū: ſed ⁊ conſciētie bone interrogatio in deum: per reſurrectionem Jeſu xp̄i domini noſtri, qui eſt in dextera dei. Graduale. Hec dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine dn̄i: deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. Alleluia. ℣. Dicite in gentib⁹: quia dn̄s regnauit à ligno. Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Matth. ca. vlti.

In illo tēpore. Undecim diſcipuli abierūt in galileam, in montē vbi cōſtituerat illis Jeſus. Et videntes eū adorauerūt: quidam aūtē dubitauerunt. Et accedēs Jeſus locutus eſt eis, dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete omnes gētes: baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti: docētes eos ſeruare omnia quecūq; mādaui vob. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus: vſq; ad cōſummationē ſeculi. Offerto. Erit vobis hec dies memorialis alleluia: ⁊ diem feſtum celebrabitis ſolennem domino in progenies veſtras: legitimum ſempiternū diem. Alleluia. alla. alleluia. Secret.

Hoſtias quesumus domine, placatus aſſume: quas ꝓ renatorum expiatione peccati deferimus: ⁊ ꝓ acceleratione celeſtis auxilij. Per dn̄m. Alia ſecreta.

Protege nos dn̄e tuis myſterijs ſeruiētes: vt diuinis rebus iherētes, ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mente. p. Cōio.

Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. alla. euntes docete oēs gētes: baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Alla. Poſt cōio. math. 28.

Reſpice, quesumus domine, populū tuū: ⁊ quē eternis dignatus es renouare my

ſterijs: à temporalibus culpis dignanter abſolue. Per dñm noſtrum. Alia poſt cōmunio.

Q Ueſumus dñe deus noſter: vt quos diuina tribuis ꝑticipatiōe gaudere: hūanis nō ſinas ſubiacêre ꝑiculis.

¶ Sabbato ī albꝫ. Statio ad ſanctū Joānē ī latera. Introi.

ps. 77. E Duxit dñs populū ſuū in exultatione. alla. ⁊ electos ſuos in letitia. Alleluia.
ibi. alleluia. ps. Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria. Oratio.

C Oncede, queſumus oſs deus: vt qui feſta paſchalia venerando egim⁹: per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per dominum noſtrū Jeſum. Pro papa. Orō.

D Eꝰ omniū fideliū paſtor ⁊ rector: famulū tuū. N. quē paſtorē eccleſię tuę p̄eſſe voluiſti, propitiꝰ reſpice: da ei, queſumꝰ, verbo ⁊ exemplo quibus preeſt proficere: vt ad vitā, vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrū Jeſum chriſtum filium tuum. Uel contra ꝑſecutores eccleſię. Oratio.

E Ccleſię tuę, q̄s dñe, p̄ces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribꝰ vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum filiū tuum. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti. Lectio. epiſtolę beati petri apli. j. c. ij.

C Hariſsimi. Deponētes omnem malitiam: ⁊ oēm dolum ⁊ ſimulationes ⁊ inuidias: ⁊ omnes detractiones: ſicut modo geniti infantes, rationabiles ſine dolo: lac concupiſcite: vt in eo creſcatꝫ in ſalutem: ſi tamen guſtatꝫ quoniā dulcis eſt dñs. Ad quē accedētes lapidē viuū: ab hominibꝰ quidē reprobatū: à deo aūt electum ⁊ honorificatū: ⁊ ipſi tanq̄ lapides viui ſuper ędificamini domos ſpirituales: ſacerdotiū ſanctū offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles deo per Jeſum chriſtum. Propter quod continet ſcriptura. Ecce ponam in Syon lapidem ſummū angularem, electum, precioſum: ⁊ omnis qui crediderit in illum: non cōfundetur. Uobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobauerūt ędificantes: hic factꝰ eſt in caput āguli: ⁊ lapis offenſionis: ⁊ petra ſcādali: his qui offendūt ℣bo: nec credūt ī quo ⁊ poſiti ſunt. Uos

eitis aũt genus electũ: regale
ſacerdotium: gens ſancta po-
pulus acquiſitionis: vt virtu
tes eius annũcietis, q̃ de tene
bris vos vocauit in admirabi-
le lumẽ ſuum. Qui aliquando
nõ populus: nũc autẽ popul⁹
dei. Qui nõ cõſecuti miaꝫ: nũc
auteꝫ miſericordiam cõſecuti.
¶ Ab hac die vſqꝫ ad octaua
penthe. dicũtur quottidie duo
Alleluia in miſſa: preterq̃ꝫ in
vigilia penthe. ꝛ in officio leta
niarũ: in quibus nõ dicitur niſi
vnuꝫ All'a Et preterq̃ꝫ ĩ ſab-
bato infra octauã pẽtheco. in
quo dicũtur q̃nqꝫ. ¶ Alijs ve
rò tẽporibus qñ dicit All'a in
miſſa dicitur vnum tantũ. Al
ps. leluia. ℣. Hec dies quam fecit
117. domin⁹: exultemus ꝛ letemur
ps. in ea. Alleluia. ℣. Laudate
112. pueri dominuꝫ: laudate nomẽ
dñi. Sequẽtia ſancti euãgelij
ſecundũ Joannem. capite. xx.

In illo tpe. Una ſabbati
Maria magdalene ve-
nit manè, cũ adhuc tenebre eſ-
ſent ad monumẽtũ: ꝛ vidit la-
pidem ſublatũ à monumento.
Cucurrit ergo: ꝛ venit ad ſy-
monẽ petrum: ꝛ ad aliuꝫ diſci-
pulum quem diligebat Jeſus:
ꝛ dicit eis. Tulerũt dominum
de monumento: ꝛ neſcim⁹ vbi
poſuerũt eũ. Exijt ergo petr⁹
ꝛ ille alius diſcipulus, ꝛ vene-
rũt ad monumẽtũ. Currebãt
autem duo ſimul: ꝛ ille alius di
ſcipulus precucurrit citi⁹ Pe-
tro: ꝛ venit prim⁹ ad monumẽ
tum. Et cũ ſe inclinaſſet: vidit
lintheamina poſita: non tamẽ
introiuit. Uenit ergo ſymon
petrus ſequens eũ: ꝛ introiuit
in monumẽtum. Et vidit lin-
theamina poſita: ꝛ ſudarium
qđ fuerat ſuper caput ei⁹, non
cũ lintheaminibus poſitũ: ſed
ſeparatim inuolutũ in vnũ lo-
cum. Tunc ergo introiuit ꝛ il-
le diſcipul⁹ qui venerat prim⁹
ad monumentum: ꝛ vidit, ꝛ cre
didit. Nondũ enim ſciebat ſcri
pturas: q2 oportebat eũ à mor
tuis reſurgere. Offerto. Be- ps.
nedictus qui venit in noĩe do- 117.
mini: benediximus vobis đ do
mo dñi: deus domin⁹ ꝛ illuxit
nobis. alleluia. all'a. Secreta.

Concede, queſum⁹ domi-
ne, ſemꝑ nos per hec ſa-
cra myſteria paſchalia gratu-
lari: vt cõtinua noſtre repara-
tionis operatio: perpetue no-
bꝫ fiat cauſa letitie. p. Alia ſc.

Oblatꝫ, q̃s domine, placa
re muneribus: ꝛ famulũ
tuum. N. quem paſtorẽ eccle-
ſie tue preeſſe voluiſti: aſſidua
protectiõe guberna. Per do.
Communio. Omnes qui in gal. 3.

ga. 3. chriſto baptizati eſtis: chriſtũ induiſtꝫ. Allꝫa. Poſt cõmunio.

REdẽptionis noſtre munere vegetati queſumꝰ: vt hoc ꝑpetue ſalutis auxilio fides ſemꝑ vera ꝓficiat. Per dominũ. Alia poſt cõmunio.

HEc nos, q̃ſumus dñe, diuini ſacramenti perceptio protegat: ⁊ famulũ tuum. N. quem paſtorem eccleſie tue voluiſti, vnà cum cõmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominũ noſtrum Jeſum chriſtum filium tuũ. Qui tecu.

Dñica in octaua paſc. Statio ad ſãctũ pãcratiũ. Introi.

QUaſi modo geniti infantes. allꝫa rationabiles ſine dolo lac concupiſcite. Allꝫa. ps. 80. alleluia. ps. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo Jacob. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oꝛõ.

PReſta, queſumus omnipotens deus, vt qui paſchalia feſta peregimus: hec te largiente moribus ⁊ vita teneamꝰ. Per dñm. Ab hac die vſq; ad aſcenſione poſt oratione diei dicũt oratiões de beata vgine.

COncede nos famulos tuos, q̃s dñe deꝰ, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemper virginis interceſsione à preſenti liberari triſtitia: ⁊ eterna perfrui letitia. Per dominũ. Pro papa. Oꝛõ.

DEus omnium fideliũ paſtor ⁊ rector, famulũ tuũ. N. quem paſtorẽ eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, q̃ſumus, verbo ⁊ exemplo quibus preeſt proficere: vt ad vitam, vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per dominum noſtrũ Jeſum chriſtum filium. Lectio epiſtole beati Joãnis apoſtoli. j. ca. v.

CHariſsimi. Omne quod natum eſt ex deo: vincit mundum. Et hec eſt victoria que vincit mundum: fides noſtra. Quis eſt autem qui vincit mundum: niſi qui credit: quoniam Jeſus eſt filius dei? Hic eſt qui venit per aquam ⁊ ſanguinem: Jeſus Chriſtus. Nõ in aqua ſolũ: ſed in aqua ⁊ ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur: quoniam chriſtus eſt veritas. Quoniã tres ſunt qui teſtimonium dant in celo, pater, verbum, ⁊ ſpiritus ſanctꝰ: ⁊ hi tres vnum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritꝰ, aqua, ⁊ ſanguis. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimoniũ dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimoniũ dei quod maiꝰ eſt: quia teſtificatꝰ

eſt de filio ſuo. Qui credit in fi-
lium dei: habet teſtimonium
ma th. 26. dei in ſe. Alleluia. ℣. In die
reſurrectionis meę dicit domi-
ma. rci. 24. nus: pręcedā vos in galileaꝫ.
Alla. ℣. Poſt dies octo ianuꝫ
clauſis ſtetit Jeſ⁹ in medio di-
Jo an. 20. ſcipulorꝫ ſuorum, ꝛ dixit: pax
vobis. Sequētia ſancti euāge
lii ſecundum Joannē. cap. xx.

In illo tpe. Cum eſſet ſe-
ro die illa vna ſabbatorꝫ,
ꝛ fores eſſent clauſę, vbi erant
diſcipuli cōgregati, ꝑpter me-
tū iudeorꝫ: venit Jeſus, ꝛ ſtetit
in medio eorꝫ: ꝛ dixit eis. Pax
vobis. Et cū hoc dixiſſet: oſtē-
dit eꝫ man⁹ ꝛ lat⁹. Gauiſi ſunt
ergo diſcipuli, viſo dño. Dixit
ergo eis iterū. Pax vobꝫ. Si-
cut miſit me pat: ꝛ ego mitto
vos. Hęc cū dixiſſet: īſufflauit,
ꝛ dixit eis. Accipite ſpiritum
ſanctū: quorū remiſeritꝫ pecca
ta: remittunt eis: ꝛ quorū reti-
nueritꝫ: retēta ſunt. Thomas
aūt vnus de duodecim: q̄ dicit
didim⁹: nō erat cū eis quando
venit Jeſus. Dixerūt ergo ei
alij diſcipuli. Vidim⁹ dñꝫ. Ille
aūt dixit eis. Niſi videro in ma
nibus ei⁹ fixurā clauorū: ꝛ mit
tā digitū meū in locū clauorꝫ:
ꝛ mittā manū meā in lat⁹ ei⁹,
nō credā. Et poſt dies octo:
iterū erant diſcipuli ei⁹ intus,
ꝛ thomas cū eis. Venit Jeſus
ianuꝫ clauſis: ꝛ ſtetit in medio,
ꝛ dixit eꝫ. Pax vobꝫ. Deinde
dicit thomę. Infer digitū tuuꝫ
huc: ꝛ vide manus meas: ꝛ af-
fer manum tuā: ꝛ mitte in lat⁹
meū: ꝛ noli eſſe incredul⁹: ſed
fidelis. Rñdit thomas, ꝛ dixit
ei. Dominus me⁹: ꝛ de⁹ me⁹.
Dixit ei Jeſus. Qꝛ vidiſti me
thoma credidiſti: beati q̄ nō vi
derūt, ꝛ crediderūt. Multa q̄-
dem ꝛ alia ſigna fecit Jeſus in
conſpectu diſcipulorū ſuorum:
quę nō ſunt ſcripta ī libro hoc.
Hęc autē ſcripta ſunt: vt cre-
datis: qꝛ Jeſus chriſtus eſt fili
us dei. Et vt credētes: vitam
habeatis in nomine eius. Of- ma tth. 28.
ferto. Angelus dñi deſcendit
de cęlo: ꝛ dixit mulierib⁹: quē
queritꝫ, ſurrexit ſicut dixit. Al
leluia.

Suſcipe munera, quęſumus domine,
exultantꝫ eccleſię: ꝛ cui cauſā
tāti gaudij pręſtitiſti, perpetu
ū fructū concede letitię. Per
dominū noſtrū. Alia ſecreta.

Tua domine propitiatio-
ne, ꝛ beatę Marię ſem-
per virginis interceſsione ad
perpetuam atquē pręſentem
hęc oblatio nobis proficiat ꝑ-
ſperitatem ꝛ pacem. Per do.

Alia ſecreta.
Oblatis quęſum⁹ domine, placa-

re muneribꝰ: ⁊ famulū tuum. N. quē paſtorē eccl'ę tuę p̄eſſe voluiſti aſsidua ꝓtectione guberna. Per. **Cōio.** Mitte manum tuam: ⁊ cognoſce loca clauoꝝ. all'a ⁊ noli eſſe incredulꝰ, ſed fidelis. Alleluia alleluia.

Poſt coio. Quęſumꝰ dn̄e deꝰ noſter: vt ſacroſancta myſteria q̄ ꝓ reparationꝫ nr̄ę munimine cōtuliſti: ⁊ pręſens nobis remedium eſſe facias, ⁊ futurum. Per.

Alia poſt cōio. Sumptis dn̄e ſalutis noſtre ſubſidijs: da, q̄s, beatę marię ſemper virginꝫ patrocinijs nos vbiqꝫ ꝓtegi: in cuiꝰ veneratione hęc tuę obtulimꝰ maieſtati. Per.

Alia poſt cōi. Hec nos, q̄s dn̄e, diuini ſacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuū. N. quē paſtorē eccleſię tuę eſſe voluiſti, vnà cum cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per.

p̄s. 302. **Dn̄ica. iij. poſt paſc. Introi.**

Miſericordia dn̄i plena ē terra. Alleluia. verbo dn̄i cęli firmati ſunt. alleluia
ibi. alleluia. p̄s. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ỽ. Gloria patri ⁊.

Oratio. Deus qui in filij tui humilitate iacētē mūdum erexiſti: fidelibus tuis perpetuam concede lętitiam: vt quos perpetuę mortis eripuiſti caſibꝰ: gaudijs facias ſempiternis pfrui. Per eun.

De beata virgine. Oratio. Concede nos famulos tuos, q̄s dn̄e deus, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glo'ioſa btę marię ſemper virginis interceſſione à p̄ſenti liberari triſtitia, ⁊ eterna pfrui lętitia. Per dominum noſtrum.

Pro papa. Oratio. Deus omnium fidelium paſtor ⁊ rector, famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumꝰ, verbo ⁊ exemplo quibꝰ p̄eſt proficere: vt ad vitā: vnà cū grege ſibi credito pueniat ſempiternā. per.

Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli. j. ca. ij. Chariſsimi. Xp̄us paſſꝰ ē p nobis: vobis relinq̄ns exēplū: vt ſeq̄mini veſtigia eiꝰ. Qui peccatū nō fecit: nec inuētꝰ eſt dolꝰ in ore eiꝰ. Qui cùm malediceret: nō maledicebat. Cū pateret: nō cōminabatur. Tractabat aūt iudicāti ſe iniuſtè: qui peccata nr̄a ipſe ptulit in corpe ſuo ſup lignū: vt peccatis mortui iuſtitię viuamꝰ, cuiꝰ liuore ſanati ſumus. Eratis enim ſicut oues errātes: ſed cōuerſi eſtis nūc ad paſtorē ⁊ epi

ſcopũ animarũ vr̃aruȝ. Alľa.
℣. Cognouerũt diſcipuli dñȝ
Jeſuȝ ĩ fractiõe panȝ. Alľa.
℣. Ego ſum paſtoꝛ bonꝰ: ⁊ co-
gnoſco oues meas: ⁊ cogno-
ſcunt me meę. Sequentia ſan
cti euangelii ſecundũ Joannẽ.
In illo tpe. Dixit (ca. x.
Jeſꝰ diſcipulȝ ſuis. Ego
ſum paſtoꝛ bonꝰ. Bonꝰ paſtoꝛ
aĩaȝ ſuã dat ꝓ ouibꝰ ſuȝ. Mer
cennariꝰ aũt, ⁊ q̃ nõ eſt paſtoꝛ,
cuiꝰ nõ ſunt oues ꝓprię: videt
lupum venienteȝ: ⁊ dimittit o-
ues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit ⁊ di-
ſpergit oues. Mercennarius
aũt fugit: qꝛ mercẽnarius eſt: ⁊
nõ pertinet ad eum de ouibꝰ.
Ego ſuȝ paſtoꝛ bonꝰ: ⁊ cogno
ſco oues meas: ⁊ cognoſcunt
me meę. Sicut nouit me pat
⁊ ego agnoſco patrẽ: ⁊ animã
meam pono pro ouibus meis.
Et alias oues habeo, quę nõ
ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas opoꝛ-
tet me adducere: ⁊ vocẽ meaȝ
audient. Et fiet vnum ouile: ⁊
vnus paſtoꝛ. Offer. Deus de-
us meꝰ ad te de luce vigilo: ⁊ i
nomine tuo leuabo manꝰ me-
Benedi (as. alľa. Secre.
ctionẽ nobȝ dñe cõferat
ſalutarẽ ſacra ſemp oblatio: vt
qđ agit myſterio ṽtute pficiat
Per dñm. Alia ſecreta.
Ga dñe ꝓpitiatione ⁊ be
atę Marię ſemp virginȝ i ter-
ceſſione ad ꝑpetuã atq; pſen-
tẽ hęc oblatio nobȝ ꝓficiat ꝓ-
ſperitatẽ ⁊ pacẽ. Per dominũ
noſtrum Jeſuȝ. Alia ſecreta.
Oblatis, q̃s dñe, placare
muneribꝰ: ⁊ famulũ tuũ.
N. quẽ paſtoꝛẽ eccleſię tuę p̃-
eſſe voluiſti, aſſidua ꝓtectiõe
guberna. p. Coio. Ego ſum Jo
paſtoꝛ bonꝰ. Alľa. ⁊ cognoſco an.
oues meas: ⁊ cognoſcunt me 10.
meę. alľa. alľa. Poſt. cõio.
Preſta nobis, quęſumus
omnipotens deus, vt vi-
uificationis tuę gratiam cõſe-
quentes: in tuo ſemper mune-
re gloꝛiemur. p. Alia poſt cõi.
Sumptis domine ſalutis
noſtrę ſubſidijs: da quę-
ſumus beatę Marię ſemper
virginȝ patrocinijs nos vbiq;
protegi, in cuius veneratione
hęc tuę obtulimꝰ maieſtati. p.
Hęc nos (Alia poſt cõio.
dñe diuini ſacramẽti per-
ceptio protegat: ⁊ famulũ tuũ.
N. quẽ paſtoꝛem eccleſię tue
eſſe voluiſti, vnà cuȝ comiſſo ſi
bi grege ſaluet ſemper ⁊ muni
at. Per dominũ noſtrũ Jeſuȝ.
¶ Dñica. iiij. poſt paſ. Introi.
Jubilate deo: oĩs ps.
terra. alľa. pſalmuȝ 65.
dicite noĩ eius. alľa.
date glĩaȝ laudi eiꝰ.

alleluia.alleluia.pſalm⁹.Dici
ps. 65. te deo, q̄ȝ terribilia ſunt opera
tua dñe: in multitudine virtutȝ
tuę mentiētur tibi inimici tui.
℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
DEus qui errantibus, vt
in viam poſsint redire iu
ſtitię, veritatis tuę lumen oſtē-
dis: da cunctis, qui chriſtiana
profeſsione cēſentur: ⁊ illa re-
ſpuere, quę huic inimica ſunt
nomini: ⁊ ea quę ſunt apta ſe-
ctari. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filiū tuum.
De ſancta Maria. Oratio.
COncede nos famulos
tuos, q̄s dñe de⁹, ꝑpetua
mētis ⁊ corporis ſanitate gau
dere: ⁊ gl'ioſa beatę marię ſem
per virginis, interceſsione à p̄
ſēti liberari triſtitia: ⁊ eterna p̄
frui lętitia. Per do. Pro papa
DEus oīuȝ fideliū pa- Oro.
ſtor ⁊ rector, famulū tuū.
N. quē paſtorē eccleſię tuę p̄-
eſſe voluiſti, propitiùs reſpice:
da ei, q̄s, verbo ⁊ exemplo, qui
b⁹ preeſt, proficere: vt ad vitā:
vnà cum grege ſibi credito p̄-
ueniat ſempit'nā. Per. Lco
epl'ę beati Petri apti. i. ca. ij.
CHariſsimi. Obſecro vos
tanq̄ȝ aduenas ⁊ peregri
nos, abſtinere vos à carnalib⁹
deſiderijs: quę militant aduer
ſus animā. Conuerſationem
veſtram inter gentes habētes
bonā: vt in eo quod detractāt
de vobis: tanq̄ȝ de malefactori
bus, ex bonis operibus vos cō
ſiderantes: glorificēt deum in
die viſitationis. Subiecti eſto
te omni humanę creaturę: pro
pter deū. Siue regi quaſi pręe-
cellenti: ſiue ducibus tanq̄ȝ ab
eo miſsis: ad vīdictam malefa
ctorum: laudē verò bonorum.
Quia ſic eſt voluntas dei: vt
bn̄faciētes obmuteſcere facia-
tis inprudentiū hominū igno-
rantiam. Quaſi liberi: ⁊ non
quaſi velamen habentes mali
tię libertatem: ſed ſicut ſerui
ui dei. Omnes honorate: fra-
ternitatē diligite. Deum time
te: regem honorificate. Serui
ſubditi eſtote ī omni timore do
minis: nō tantùm bonis ⁊ mo-
deſtis: ſed etiā diſcipulȝ. Hęc
eſt enim gratia: in chriſto Jeſu
dño nr̄o. Alla. ℣. Redēptio-
neȝ miſit dn̄s pp'lo ſuo. Alla.
℣. Oportebat pati chriſtum: ⁊
reſurgere à mortuȝ: ⁊ ita ītrare
in gloriā ſuam. Sequētia ſan-
cti euangelij ſm̄ Joañē c. xvj.
IN illo tp̄e. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Modicū
⁊ iā nō videbitȝ me: ⁊ iterū mo
dicum ⁊ videbitis me: q2 vado
ad prēȝ. Dixerūt ergo ex diſci-
pulȝ ei⁹ ad inuicē. Quid ē hoc

qđ dicit nobis: modicum ⁊ non
videbitis me: ⁊ iterum modicū
⁊ videbitꝫ me: ⁊ qꝛ vado ad pa
trem? Dicebant ergo. Quid
eſt hoc quod dicit nobis, modi
cum? Neſcimꝰ quid loquitur.
Cognouit autem Jeſus quia
volebant eū interrogare: ⁊ di
xit eis. De hoc q̄ritis īter vos:
quia dixi, modicū ⁊ nō videbitꝫ
me: ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitꝫ
me. Amē amen dico vobis: qꝛ
plorabitis ⁊ flebitis vos: mun
dus autem gaudebit. Vos ve
rò cōtriſtabimini: ſed triſtitia
veſtra conuertet̄ in gaudium.
Mulier cū parit triſtitiā ha
bet: qꝛ venit hora eius. Cū au
tem peperit puerū: iam nō me
minit preſure ꝓpter gaudiuꝫ:
qꝛ natus eſt homo in mūdum.
Et vos igitur, nunc q̄dē triſti
tiam habetis. Iteꝝ autē vide
bo vos: ⁊ gaudebit coꝛ veſtrū:
⁊ gaudium veſtrū nemo tollet
ps. à vobis. Offerto. Lauda ani
45. ma mea dn̄ꝫ: laudabo dominū
in vita mea: pſallam deo meo
quandiu ero. Allꝛa. Secreta.
His nobis domine myſte
rijs conferatur: quo ter
rena deſideria mittigantes, di
ſcamus amare celeſtia. Per
dominū noſtruꝫ. Alia ſecreta.
Tua domine propitiatio
ne: ⁊ beatę Marię ſemꝑ
virginis interceſsione: ad ꝑpe
tuam atq; preſentem hęc obla
tio nobis proficiat proſperita
tem ⁊ pacem. p. Alia ſecreta.
Oblatꝫ, q̄s domine, placa
re muneribus: ⁊ famulū
tuū. N. quē paſtorem eccleſię
tuę preeſſe voluiſti, aſsidua ꝓ
tectiōe guberna. Per. Cōio.
Modicum ⁊ nō videbitis me. Jo
Allꝛa. iterum modicū ⁊ videbi an.
tis me: qꝛ vado ad patrem Al 16.
leluia alleluia. Poſt cōmunio.
Sacramenta quę ſumpſi
mus, q̄s domine, ⁊ ſpiritu
alibus nos inſtruant alimētis,
⁊ corporalibus tueant̄ auxiliꝫ.
Per dominū. Alia poſt cōio.
Sumptis dn̄e ſalutis no
ſtrę ſubſidijs: da, queſu
mus, beatę Marię ſemper v
ginis, patrocinijs nos vbique
protegi: in cuius veneratione
hęc tuę obtulimus maieſtati.
Per. Alia poſt communio.
Hec nos, q̄s dn̄e, diuini ſa
cramēti ꝑceptio ꝓtegat:
⁊ famulū tuū. N. q̄ꝫ paſtorē ec
cleſię tuę eſſe voluiſti, vnà cum
cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemꝑ
⁊ muniat. Per dominū nr̄um.
¶ Dn̄ica. iiij. poſt paſ. Jntro.
Cantate dn̄o canti ps.
cū nouuꝫ. allꝛa. quia 97.
mirabilia fecit dn̄s.
allꝛa. ante cōſpectū

gentium reuelauit iuſtitiã ſuã. Alleluia.alleluia.alleluia. ps.
ps. 97. Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ brachiũ ſanctũ ei⁹. ℣. Gloria.

Oro. Deus qui fideliũ mẽtes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare qđ precipis: id deſiderare qđ promittis: vt inter mundanas varietates: ibi noſtra fixa ſint corda: vbi vera ſunt gaudia. Per do. De beata virgine.

Oro. Concede nos famulos tuos, q̃s dñe de⁹, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę marię ſemper virginis interceſsione à preſenti liberari triſtitia: ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per. Pro papa. Oratio.

Deus omnium fideliũ paſtor ⁊ rector, famulũ tuũ. N. quẽ paſtorẽ eccleſię tuę preeſſe voluiſti, propitiùs reſpice: da ei, q̃s, verbo ⁊ exemplo quib⁹ preeſt proficere, vt ad vitã, vnà cũ grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per. Lectio epiſtole beati Jacobi apl'i. c. j

Chariſsimi. Omne datũ optimũ: ⁊ omne donũ perfectum de ſurſum eſt: deſcẽdẽs à patre luminum: apud quem non eſt tranſmutatio: nec viciſſitudinis obumbratio. Volũtariè enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectiſsimi. Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendũ: ⁊ tardus ad irã. Ira enim viri: iuſtitiã dei non operatur. Propter qđ abijcientes oẽm immundiciã: ⁊ abundantiam malitię: in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum: quod poteſt ſaluare animas veſtras. Alleluia. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Alleluia. ℣. xp̃s roma 6.
reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Sequentia ſancti euãgelij ſm Joannẽ. Ca. xvj.

In illo tẽpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuꝫ. Vado ad eum qui miſit me: ⁊ nemo ex vobꝫ interrogat me quo vadꝫ. Sed quia hęc locutus ſum vobꝫ: triſtitia impleuit cor veſtrũ. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis: vt ego vadam. Si enim nõ abiero: paraclet⁹ non veniet ad vos. Si autem abiero: mittã eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mũdũ de peccato, ⁊ de iuſtitia, ⁊ de iudicio. De peccato quidem: qꝛ non crediderunt in me. De iuſtitia verò: quia ad patrẽ vado: ⁊ iam nõ videbitis me. De iu-

dicio autē: quia principes huiꝰ
mūdi iā iudicatus eſt. Adhuc
habeo multa vobis dicere: ſed
nō poteſtꝫ portare modo. Cū
autē venerit ille ſpiritꝰ verita-
tis, docebit vos oēm veritatē.
Non enim loquetur à ſemeti-
pſo: ſed quecū ꝙ audiet loque-
tur: ⁊ que ventura ſunt annun
ciabit vobis. Ille me clarifica-
bit: qꝛ de meo accipiet: ⁊ annū
p̄s. 97. ciabit vobꝫ. Offerto. Iubila-
te deo vniuerſa terra iubilate
deo vniuerſa terra: pſalmū di-
cite nōi eius: venite ⁊ audite: ⁊
narrabo vobꝫ oēs qui timetis
deū: quanta fecit dn̄s aīe mee.
Deus q (Alla. Secreta.
nos ꝑ huiꝰ ſacrificij vene
randa cōmercia vnius ſumme
què diuinitatꝫ participes eſſe
feciſti: preſta queſumꝰ: vt ſicut
tuā cognouimꝰ veritatē: ſic eā
dignis moribꝰ aſſequamur. p.
Tua dn̄e ꝓ- Alia ſecreta.
pitiatione ⁊ beate Ma-
rie ſemꝑ vginꝫ interceſſione ad
ꝑpetuā atqꝫ p̄ſentē hec obla-
tio nobꝫ ꝓficiat ꝓſperitatē ⁊
pacē. Per. Alia ſecreta.
Oblatꝫ q̄s dn̄e placaremu
neribꝰ ⁊ famulū tuū. N. quē
paſtorē eccleſie tue p̄eſſe volu-
iſti: aſſidua ꝓtectione gubna.
Io an. 15. Per. Cōmunio. Cum vene-
rit paraclitꝰ ſpiritꝰ veritatis:
ille arguet mūduꝫ de peccato:
⁊ de iuſtitia: ⁊ de iudicio. allelu
ia. alleluia. Poſt communio.
Adeſto nobis domine de
us noſter: vt per hec fide
liter ſumpſimus: ⁊ purgemur
à vitijs: ⁊ à periculis omnibus
eruamur. per. Alia poſt cōio.
Sumptis domine ſalutis
noſtre ſubſidijs: da que-
ſumus beate Marie ſemper
virginis patrocinijs nos vbi-
què protegi: in cuius venera-
tione hec tue obtulimus maie
ſtati. Per. Alia poſt cōmunio.
Hec nos queſumus domi
ne diuini ſacramenti ꝑce
ptio ꝓtegat: ⁊ famulū tuū. N.
quē paſtorem eccleſie tue eſſe
voluiſti: vnà cum cōmiſſo ſibi
grege ſaluet ſemper ⁊ muniat.
Per dominum noſtruꝫ Ieſuꝫ
chriſtum filium tuum. Qui te.

¶ Dn̄ica. v. poſt paſ. Introi.

Vocem iocunditatꝫ
annunciate: ⁊ audi-
atur. alla. nunciate
vſqꝫ ad extremū ter
re: liberauit dominus populū
ſuum. alleluia. alleluia. ps. Iu p̄s. 65.
bilate deo omnꝫ terra pſalmū
dicite nomini eius: date glori-
am laudi eius. ℣. Gloria patri
Deus à (⁊ filio. Oratio
quo bona cuncta proce-
dunt: largire ſupplicibus tuis

vt cogitemus te inſpirāte quę
recta ſunt: ⁊ te gubernante, ea
dem faciamus. Per dominū
noſtrum. De beata virgine.
CO ncede nos famu(Orō.
los tuos, q̄ſum⁹ dn̄e de⁹,
perpetua mentis ⁊ corporis ſa
nitate gaudere: ⁊ glorioſa bea
tę marię ſemper virginꝫ: inter
ceſsione à preſenti liberari tri
ſtitia: ⁊ ęterna perfrui lętitia.
Per dn̄m. Pro papa. Oratio.
DEus oīm fideliū paſtor ⁊
rector: famulū tuuꝫ. N.
quē paſtorē eccleſię tuę p̄eſſe
voluiſti, propiti⁹ reſpice: da ei
q̄s dn̄e verbo ⁊ exēplo, quibus
preeſt proficere: vt ad vitā, vnà
cum grege ſibi credito perue=
niat ſempit'nā. Per Lc̄o epi=
ſtole beati Jacobi apoſtoli. c. j.
CHariſsimi. Eſtote facto
res verbi: ⁊ non audito=
res tantùm: fallentes voſmeti
pſos: quia ſi q̄s auditor eſt ver=
bi ⁊ non factor: hic cōparabi=
tur viro conſideranti vultū na
tiuitatꝫ ſuę in ſpeculo. Cōſide
rauit enim ſe, ⁊ abijt: ⁊ ſtatim
oblitus eſt qualis fuerit. Qui
autē perſpexerit in lege perfe=
ctę libertatꝫ: ⁊ pmanſerit in ea:
nō auditor obliuioſ⁹ fact⁹: ſed
factor operis: hic beatus in fa
cto ſuo erit. Siquꝫ aūt putat ſe
religioſum eſſe: non refrenans
linguā ſuā: ſed ſeducēs cor ſuū:
hui⁹ vana eſt religio. Religio
munda ⁊ imaculata apud deū
⁊ patrem hęc eſt: viſitare pupil
los ⁊ viduas in tribulatione eo
rum: ⁊ imaculatum ſe cuſtodi=
re ab hoc ſeculo. Alleluia. ℣.
Surrexit chriſtus, ⁊ illuxit no=
bꝫ, quos redemit ſanguine ſuo.
Alleluia. ℣. Exiui à patre: ⁊ Joan.
veni in mundū: iterū relinquo 16.
mūdū: ⁊ vado ad patrem. Se=
quentia ſancti euangelij ſecun
dùm Joannē. Capitulū. xvj.
IN illo tēpore. Dixit Je=
ſus diſcipulis ſuis. Amē
amen dico vobis: ſi quid petie=
ritꝫ patrem in nomine meo, da
bit vobis. Vſq; modo non pe=
tiſtis q̄cq̄ in nomine meo. Pe
tite, ⁊ accipietis: vt gaudium
veſtrum ſit plenum. Hęc in p
uerbijs locut⁹ ſum vobis. Ve=
nit hora cùm iam non in puer
bijs loquar vobis: ſed palā de
patre meo annūciabo vobis.
Jllo die ī noīe meo petetis. Et
non dico vobis, quia ego roga
bo patrē de vobis. Jpſe enim
pater amat vos: quia vos me
amaſtis, ⁊ credidiſtis: quia à
deo exiui. Exiui à patre, ⁊ veni
in mundū: iterū relinquo mun=
dum: ⁊ vado ad patrem dicūt
ei. Diſcipuli ei⁹. Ecce nūc pa
làm loquerꝫ: ⁊ pverbiū nullū

dicis. Nũc ſcimus, q2 ſcis oīa: ꝛ nõ eſt opus tibi: vt quis te interroget. In hoc credim⁹: q2 à deo exiſti. Offerto. Benedicite gentes dñm deũ noſtrũ: ꝛ obaudite voceꝫ laudis eius: qui poſuit aīam meã ad vitaꝫ: ꝛ nõ dedit cõmoueri pedes meos: benedict⁹ dñs q̃ non amouit depcationem meã: ꝛ miſericordiã ſuam à me. Alľa. Sec.

Ps. 65.

Suſcipe dñe fideliũ pces cũ oblatiõibus hoſtiarũ: vt p hec pie deuotiõis officia, ad celeſtẽ gľiaꝫ tranſeam⁹. p. Alia. ſec.

Tua dñe ppi Ciatiõe, ꝛ btẽ marie ſemp virginis interceſsione ad ppetuã atq3 pſentẽ hec oblatio nobꝫ pficiat pſperitatẽ ꝛ pacẽ. Per Alia ſecreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ꝛ famulũ tuũ. N. quem paſtorẽ eccleſie tue pẽſſe voluiſti, aſsidua ptectiõe guberna. Per dñm. Cõio. Cantate domino alľa: cãtate dño ꝛ bñdicite nomini ei⁹: bñ nũciate de die in diẽ ſalutare eius. Alleluia.

Ps. 95.

Tribue alľa. Poſt cõio. nobis dñe, celeſtis mẽſe virtute ſatiatis, ꝛ deſiderare q̃ recta ſunt: ꝛ deſiderata pcipere. Per dñm. Alia poſt cõio.

Sumptis dñe ſalutꝫ nr̃e ſubſidijs: da q̃s btẽ Marie ſemp virginis patrociniis nos vbique ptegi: in cui⁹ veneratione hec tue obtulimus maieſtati. Per. Alia poſt cõi.

Hec nos, q̃s dñe, diuini ſacramenti perceptio ptegat: ꝛ famulũ tuũ. N. quem paſtoreꝫ eccleſie tue eſſe voluiſti, vnà cum cõmiſſo ſibi grege ſaluet ſemp ꝛ muniat. Per dñm.

¶ In letanijs maiorib⁹. Statio ad ſctũ Petrũ. Introitus.

Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocẽ meam. Alleluia. ꝛ clamor meus in conſpectu ei⁹ introiuit ĩ aures ei⁹. Alleluia. alleluia. ps. Diligã te domine fortitudo mea: dominus firmamẽtuꝫ meũ ꝛ refugium meũ ꝛ liberator meus. ℣. Gloria patri. In hoc officio non dicitur. Gloria in excelſis deo. neq3 credo. Oratio

Ps. 17.

Preſta, queſumus omnipotẽs deus, vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus: contra aduerſa omnia tua ſemper protectione muniamur. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtũ filium tuũ. De beata vgine. Orõ.

Concede nos famulos tuos, queſumus domine deus, perpetua mẽtis ꝛ corpoꝝ ſanitate gaudere: ꝛ gľioſa beate marie

ſemp v̾ginis interceſsione a p̄-
ſenti liberari triſtitia: ⁊ e̾tna
ꝑfrui letitia. Per. Pro papa.
D Eus oīm fideliū (Oꝛo.
paſtoꝛ ⁊ rectoꝛ: famulum
tuum. N. quē paſtoꝛem eccle-
ſie tue p̄eeſſe voluiſti, ꝓpiti⁹
reſpice: da ei, queſumus, verbo
⁊ exēplo quibus p̄eeſt ꝓfi-
cere: vt ad vitam, vna cum gre
ge ſibi credito perueniat ſem-
piternam. Per dominum no-
ſtrum Jeſum xp̄m. Lectio epi
ſtole beati Jacobi apl̄i. c. vlti.
C Hariſsimi. Cōfitemini
alterutrū peccata veſtra:
⁊ oꝛate pro inuicē: vt ſaluemi-
ni. Multū eniȝ valet dep̄catio
iuſti aſsidua. Helias homo
erat ſimilis nobȝ paſsibilis, ⁊
oꝛatione oꝛauit, vt non plueret
ſuper terrā: ⁊ nō pluit annos
tres ⁊ menſes ſex. Et ſurſum
orauit: ⁊ celum dedit pluuiā: ⁊
terra dedit fructum ſuum. Si-
quis autē ex vobis errauerit à
veritate: ⁊ cōuerterit quis eū:
ſcire debet, quoniā qui conuer
ti fecerit peccatoꝛem ab erro-
re vie ſue ſaluabit animā ei⁹ à
moꝛte: ⁊ operit multitudinem
peccatoꝛum. Alleluia. ℣. Cō
ps. 117. fitemini domino quoniā bon⁹:
quoniam in ſeculum miſericoꝛ-
dia eius. Sequētia ſancti euā-
gelij ſecundū Lucā. Cap. xj.
I N illo tp̄e. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Quis ve-
ſtrum habebit amicum: ⁊ ibit
ad illū media nocte, ⁊ dicet illi.
Amice, accōmoda mihi tres
panes: quoniā amicus meus
venit de via ad me: ⁊ non ha-
beo quod ponā āte illum. Et
ille de intus rn̄dens dicat: noli
mihi moleſtus eſſe: iam oſtium
meū clauſuȝ eſt: ⁊ pueri mei me
cum ſunt in cubiculi: non poſ-
ſum ſurgere, ⁊ dare tibi. Et ſi
ille ꝑſeuerauerit pulſans: dico
vobis: ⁊ ſi nō dabit illi ſurgēs
eo ꝙ amicus eius ſit: propter
improbitatem tamen eius ſur-
get, ⁊ dabit illi quotquot ha-
bet neceſſarios. Et ego dico
vobis. Petite, ⁊ dabitur vobȝ:
querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊
aperietur vobis. Oīs enim q̄
petit, accipit: ⁊ qui querit, inue
nit: ⁊ pulſanti aperiet. Quis
autem ex vobis patrem petit
panem: nunquid lapidē dabit
illi? Aut piſcem: nunquid pro
piſce ſerpentē dabit illi? Aut
ſi petierit ouum: nunquid poꝛ-
riget ei ſcoꝛpionem? Si ergo
vos, cúm ſitis mali, noſtȝ bona
data dare filij veſtris: quantó
magis pater veſter de celo da-
bit ſpiritum bonū petentibus
ſe? Offer. Confitebor domi ps. 108.
no nimȝ: in oꝛe meo: ⁊ in medio

multoꝝ laudabo eū qui aſsi-
ſtit à dextris pauperꝫ: vt ſaluā
faceret à perſequētibꝰ animā
meā. alleluia. Secreta.
Hec mūera, q̄s domine, ⁊
vincula noſtrę prauitatꝫ abſol
uant: ⁊ tuę nobis miſericordię
dona concilient. p. Alia ſecre.
Tua dn̄e propiciatione, ⁊
beatę Marię ſemꝑ vir-
ginis interceſsione: ad perpe-
tuam atq; pręſentem hęc obla
tio nobis proficiat ꝓſperitatē
⁊ pacem. Per. Alia ſecreta.
Oblatis, quęſumus domi-
ne, placare muneribus: ⁊
famulū tuū. N. quē paſtorem
eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſ-
ſidua protectione guberna.
na Per dn̄m. Cōio. Petite, ⁊
h. accipietꝫ: quęrite, ⁊ inuenietꝫ:
7. uc. pulſate, ⁊ aperietur vobis: o-
1. mnis enim qui petit, accipit: ⁊
qui quęrit, inuenit: ⁊ pulſanti
aperiet. allā. Poſt cōmunio.
Vota nr̄a, q̄s dn̄e, pio fa-
uore ꝓſeq̄re: vt dū dona
tua in tribulatiōe ꝑcipimꝰ: de
cōſolatiōe nr̄a ī tuo amore cre-
ſcamus. Per. Alia poſt cōio.
Sumptis dn̄e ſalutis no-
ſtrę ſubſidijs: da, quęſu-
mꝰ, beatę Marię ſemper vir
ginis patrocinijs nos vbique
protegi: in cuius veneratione
hęc tuę obtulimus maieſtati.

Per dominū noſtrum Jeſum
chriſtum filiū. Alia poſt cōio.
Hec nos, quęſumus domi
ne, diuini ſacramenti per
ceptio ꝓtegat: ⁊ famulum tu-
um. N. quem paſtorem eccle-
ſię tuę eſſe voluiſti, vnà cū com
miſſo ſibi grege ſaluet ſemper
⁊ muniat. Per dominū noſtrū.
¶ In vigilia aſcenſionis offi-
cium miſſę ⁊ orationes dicunt
de dn̄ica pręterita. Introitus.
Vocem iucunditatꝫ
annunciate: ⁊ audi-
atur. alleluia. nūcia
te vſq; ad extremū
terrę: liberauit dominus popu
lum ſuū. alleluia. alleluia. ps.
Jubilate deo omnꝫ terra: pſal ps.
mum dicite nomini eius: date 65.
gloriam laudi eius. ℣. Gloria
patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.
Deus à quo bo (Oratio.
na cuncta procedunt: lar
gire ſupplicibus tuis, vt cogi-
temus te inſpirante, quę recta
ſunt: ⁊ te gubernante, eadem
faciamus. Per dominum no-
ſtrum Jeſum chriſtum filium.
De beata virgine. Oratio.
Concede nos famulos tu
os, q̄s domine deꝰ, ꝑpe-
tua mētis ⁊ corporis ſanitate
gaudere: ⁊ glorioſa beatę marię
ſemꝑ virginꝫ interceſsione à p̄
ſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna

pfrui letitia. Per. Pro papa.

Deus oiū fideliū pa (oro. ſtor ⁊ rector, famulū tuū. N. quem paſtorē eccleſię tuę prę eſſe voluiſti, propitius reſpi ce: da ei, queſum⁹, verbo ⁊ exē plo quibus pręeſt proficere: vt ad vitam, vnā cum grege ſi bi credito perueniat ſempiter nā. Per. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

Fratres. Unicuiq; ve ſtrum data eſt gratia ſe cundum menſurā donationis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcendēs in altum captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Quod aūt aſcen dit, quid eſt: niſi quia ⁊ deſcen dit, primum in inferiores par tes terre? Qui deſcendit: ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuper omnes celos: vt adimpleret oia. Et ipſe dedit quoſdā quidē apoſto los: quoſdā aūt prophetas: alios verò euangeliſtas: alios aūt paſtores, ⁊ doctores: ad cō ſumationē ſanctorū: in op⁹ mi niſterij: i edificationē corporis chriſti: donec occurramus oēs in vnitatem fidei ⁊ agnitionis fidei dei: in virum perfectū in mēſuram etatis plenitudinis chriſti. Alleluia. ℣. Surrexit Xps: ⁊ illuxit nob: quos rede mit ſāguine ſuo. Alleluia. ℣.

Exiui à patre: ⁊ veni in mun dum. Iterum relinquo mūdū: ⁊ vado ad prēz. Seqūtia ſan cti euāgelij ſm Ioānē. ca. xvj.

In illo tempore. Suble uatis Jeſus oculis in ce lum, dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Sicut dedi ſti ei poteſtatē omnis carnis: vt omne quod dediſti ei det, eis vitam ęternam. Hęc eſt aūt vi ta eterna vt cognoſcant te ſo lum deū verū: ⁊ quē miſiſti Je ſum chriſtum. Ego te clarifica ui ſuper terrā: opus conſuma ui quod dediſti mihi, vt faciam. Et nūc clarifica me tu pater a pud temetpſuz: claritate quā habui, priuſq; mundus eſſet a pud te. Manifeſtaui nomē ho minibus: quos dediſti mihi de mūdo. Tui erant: ⁊ mihi eos d diſti: ⁊ ſmonē tuū ſeruauerūt. Et nunc cognouerunt: quia oīa q̄ dediſti mihi: abs te ſunt: quia verba quę dediſti mihi i de di eis. Et ipſi acceperunt, ⁊ co gnouerunt verè quia a te exi ui: ⁊ crediderūt q: tu me miſiſti Ego pro eis rogo: non ꝓ mun do: ſed ꝓ his quos dediſti mihi, quia tui ſunt: ⁊ mea omnia tua ſunt: ⁊ tua mea ſunt: ⁊ clarifi catus ſum in eis. Et iam non ſum in mūdo. Et hi in mundo

ſunt. Et ego ad te venio. Offerto.
ps. 65. Benedicite gentes dominū deū nr̄m: ⁊ obaudite vocem laudis ei⁹: qui poſuit aīaȝ meam ad vitam: ⁊ nō dedit cō moueri pedes meos: bn̄dictus dn̄s qui non amouit depꝛecationem meā: ⁊ miſericoꝛdiam ſuam à me. alleluia. Secreta.

Suſcipe dn̄e fidelium pꝛeces cum oblationib⁹ hoſtiarum: vt per hec pie deuotionis officia, ad celeſtē gloꝛiam tranſeam⁹. Per. Alia ſecreta.

Tua dn̄e pꝛopitiatione, ⁊ beate. Marie ſemꝑ virginis interceſſiōe: ad ꝑpetuaȝ atqȝ pꝛeſentē hec oblatio nobis pꝛoficiat ꝓſperitatē ⁊ pacem. Per dominū. Alia ſecre.

Oblatis, queſumus dn̄e, placare munerib⁹: ⁊ famulū tuū. N. quem paſtoꝛem eccleſie tue ꝑeſſe voluiſti: aſſidua pꝛotectione guberna. p.
ps. 95. Cōio. Cantate dn̄o alleluia: cantate domino, ⁊ bn̄dicite nomini eius: benenunciate de die in diem ſalutare eius. alleluia. alleluia. Poſt communio.

Tribue nobȝ dn̄e celeſtȝ mēſe virtute ſatiatis, ⁊ deſiderare que recta ſunt: ⁊ deſiderata percipere. Per dominū nr̄m. Alia poſt cōio.

Sumptis dn̄e ſalutis noſtre ſubſidijs: da, queſum⁹, beate Marie ſemꝑ virginis: patrocinijs nos vbiqȝ pꝛotegi: in cuius veneratione hec tue obtulim⁹ maieſtati. p. Alia poſt cōmun.

Hec nos, q̄s domine, diuini ſacramenti perceptio ꝓtegat: ⁊ famulum tuum. N. quē paſtoꝛem eccleſie tue eſſe voluiſti: vna cū commiſſo ſibi grege ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominū nr̄m.

¶ Si verò in dicta vigilia fuerit aliquod feſtum ſimplex: fit de ipſo feſto tantùm cōmemoratio in miſſa. Quòd ſi fuerit feſtum ſolēne: dr̄ de feſto, cum cōmemoratiōe vigilie. Si aūt fuerit feſtū duplex: d̄ eo fit miſſa: ⁊ nulla cōmemo. de vigilia.

¶ In die aſcenſionis. Statio ad ſanctum Petrum. Introi.

Viri galilei, quid admiramini aſpicientes in celum. Allā. quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in celum: ita veniet. alleluia allelu- ac- tuū.
ia alleluia. ps. Cumqȝ intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui ⁊ dixerunt. V. Gloꝛia patri ⁊ filio. 1. ps. omnes gentes plaudite etc.

Concede ⁊ ſpiritui. Orō. queſumus omnipotens deus: vt qui hodierna die vni-

genitum tuū redemptorē no-
ſtrum ad celos aſcendiſſe cre-
dimus: ipſi quoq; mente in ce-
leſtibꝰ habitemꝰ. Per eundē
dominum noſtrū Jeſum xp̄m.

Lectio actuū apoſtolor. ca. j.

PRimum quidem ſermo-
nē feci de omnibus o the-
ophile: que cepit Jeſus face-
re ⁊ docere: vſq; in diem qua
precipiens apoſtolis per ſpiri-
tum ſanctum quos elegit aſſū-
ptus eſt. Quibus ⁊ prebuit ſe-
ipſum viuum: poſt paſſionem
ſuam in multis argumentis:
per dies quadraginta, appa-
rens eis: ⁊ loquens de regno
dei. Et conueſcens precepit
eis ab hieroſolymis ne diſcede-
rent: ſed expectarent promi-
ſsionem patris: quam audiſtis
inquit per os meū. Quia Joā-
nes quidem baptizauit aqua:
vos autem baptizabimini ſpi-
ritu ſancto: non poſt multos
hos dies. Igitur qui conuene-
rant interrogabant eum dicē-
tes. Domine ſi ī tempore hoc:
reſtitues regnū Iſraël? Di-
xit autem eis. Non eſt veſtrum
noſſe tempora vel momenta:
que pater poſuit in ſua poteſta-
te: ſed accipietis virtutē ſup-
uenientis ſpiritꝰ ſancti in vos:
⁊ eritis mihi teſtes in hieruſa-
lem: ⁊ in omni Judea ⁊ ſama-
ria: ⁊ vſque ad vltimum terre.
Et cum hoc dixiſſet: videnti-
bus illis eleuatus eſt: ⁊ nubes
ſuſcepit eum ab oculis eorum.
Cumq; intuerentur in celum
euntem illum ecce duo viri aſti-
terunt iuxta illos in veſtibus
albis: qui ⁊ dixerunt. Viri ga-
lilei quid ſtatis aſpicientes in
celum? Hic Jeſus qui aſſum-
ptus eſt à vobis in celum: ſic
veniet quemadmodum vidiſtis
eum euntem in celum. Alle-
luia. ℣. Aſcēdit deꝰ ī iubilatio-
ne: ⁊ dn̄s in voce tube. Alle-
luia. ℣. Dn̄s in ſyna in ſancto:
aſcendens in altum captiuam
duxit captiuitatē. Sequentia
ſancti euāge. ſm̄ Mar. ca. vlt.

IN illo tēpore. Recumbē-
tibꝰ vndecim diſcipulis:
apparuit illis Jeſus: ⁊ exprobra-
uit īcredulitatē eor: ⁊ duritiā
cordis: q2 his qui viderant eū
reſurrexiſſe à mortuis non cre-
diderant. Et dixit eis. Eūtes
in mundū vniuerſum: predica-
te euangelium omni creature.
Qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit: ſalu9 erit. Qui verò nō
crediderit cōdēnabit. Signa
aūt eos q̄ crediderit hec ſeq̄n-
tur. In noīe meo demonia eij-
ciēt: linguis lo q̄ntur nouis: ſer-
pētes tollēt: ⁊ ſi mortiferū q̄d
biberint: nō eis nocebit. Sup

egros manus imponent, ⁊ bene habebũt. Et dñs quidẽ Jeſus, poſtq̃ꝫ locutꝰ eſt eꝫ: aſſumptꝰ eſt in celũ: ⁊ ſedet à dextrꝫ dei. Illi aũt ꝑfecti, predicauerũt, vbiqꝫ dño cooperante: ⁊ ſmonẽ cõfirmante: ſequẽtibus ſignis. Offerto. Uiri galilei quid admiramini, aſpicientes in celũ: hic Jeſꝰ qui aſſumptꝰ eſt à vobis in celuꝫ: ſic veniet: quemadmodũ vidiſtis eũ aſcẽdentẽ in celũ. Alla. Secreta.

Suſcipe dñe munera: que pro filij tui glioſa aſcẽſione deferimꝰ: ⁊ cõcede ꝓpitiꝰ, vt à p̃ſentibus periculꝫ liberemur: ⁊ ad vitam perueniamꝰ eternã. Per. Prefatio. Per chriſtũ dñm noſtruꝫ. Qui poſt reſurrectionẽ ſuaꝫ. Et dr̃ vſqꝫ ad vigilia penthe. excluſiue. fol. ¶ Infra actionem.

Cõmunicãtes, ⁊ diẽ ſacratiſſimũ celebrãtes. Et dr̃ p octatãtum. Cõio. Pſallite dño qui
ps. 47. aſcendit ſuper celos celoꝝ ad orientem. alla. Poſt cõmũnio.

Preſta nobis, queſumus omnipotẽs ⁊ miſericors deus: vt que viſibilibꝰ myſterijs ſumẽda percepimus: inuiſibili conſeqmur effectu. Per dominum noſtrũ Jeſum chriſtum. ¶ Dominica infra octauam aſcenſionis. Introitꝰ.

Exaudi dñe vocem meã, q̃ clamaui ad te. alla. tibi dixit cor meũ, q̃ſiui vultũ tuũ: ps. 26. vultum tuũ dñe requirã: ne auertas faciẽ tuã à me. Alla. alleluia. ps. Dñs illuminatio ibi. mea ⁊ ſalus mea: quẽ timebo. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: fac nos tibi ſemper ⁊ deuotam gerere volũtatem: ⁊ maieſtati tue ſyncero corde ſeruire. Per. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. j. capi. iiij.

Chariſsimi. Eſtote prudentes: ⁊ vigilate in orationibus: ante omnia autẽ mutuã in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: qr charitas operit multitudinem peccatorũ. Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione. Unuſquiſque ſicut accepit grãꝫ in alterutrũ, illã adminiſtrantes: ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratie dei. Si quis loqtur, q̃ſi ſermones dei. Siqs miniſtrat, tanq̃ꝫ ex virtute: quaꝫ adminiſtrat deus: vt in omnibꝰ honorificetur deus. Per Jeſuꝫ chriſtum dñm noſtrum. Alleluia. ℣. Regnauit dñs ſuper oẽs gẽtes: deus ſedet ſuper ſedẽ ſanctam ſuam. Alla. ℣. Nõ vos relinquam orphanos: vado, ⁊ Jo. an. 14. ibi.

venio ad vos: ⁊ gaudebit cor veſtrum. Sequētia ſancti euā gelii ſecundū Joannē. cap. xv.
In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cùm venerit paraclytus: quē ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis: qui à patre ꝓcedit: ille teſtimoniū perhibebit de me. Et vos teſtimonium ꝑhibebitis: quia ab initio mecum eſtis Hęc locutus ſum vobis: vt nō ſcādalizemini. Abſqꝫ ſynagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos: arbitretur obſequium ſe pręſtare deo. Et hęc faciēt vobis: qr non nouerunt patrē neqꝫ me. Sed hęc locutus ſum vobis: vt cùm venerit hora eorū, reminiſcamini, quia ego dixi vobis.
ps. 46. Offertoriū. Aſcendit deus in iubilatione: ⁊ dominꝰ in voce tubę. Alleluia. Secreta.
Sacrificia nos dñe immaculata purificent: ⁊ mentibꝰ nřis supernę gratię dēt vigorem. Per dominū nřum. Cōmunio. Pater, cū eſſem cū eis: ego ſeruabam eos quos ḋ diſti mihi. alleluia. nūc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mūdo, ſed vt ſerues eos à malo. Alla. alla. Poſt cōio.
Repleti domine muneribus ſacri, da, quęſumus: vt in gratiarū ſemper actione maneamus. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum filiū tuū. Qui viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdē ſpiritꝰ ſancti deus.
¶ Die veneris poſt octauam aſcenſionis, ſi feſtum nō fuerit: miſſa dicitur de dominica pręterita. ¶ In vigilia pentheco ſtes: poſt tertiam, hora competenti fratres conuenientes ad eccleſiam dicunt ſextam. Qua finita: ſacerdos ⁊ miniſtri induti more ſolicito, facta reuerentia ante altare: in locis ſuis ſedēt: poſteà leguntur prophetię ſine titulo. In fine prophetarum dicuntur orationes ſine. Flectamus genua. Prophetia .j. geneſis. Cap. xxij.
In diebus illꝫ. Tentauit deus Abrahā: ⁊ dixit ad eum. Abraham abrahan. Et ille reſpondit. Adſum. At ille Tolle filium tuum vnigenitū, quem diligis Iſaac: ⁊ vade in terram viſionis: ⁊ offeres eum ibi in holocauſtū ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. Igitur abraham de nocte conſurgēs, ſtrauit aſinū ſuū: ducēs ſecū duos iuuenes: ⁊ iſaac filiū ſuū. Cūqꝫ cōcidiſſet ligna i holocauſtū: abijt ad locū quē ꝓceperat ei deꝰ. Die autē tertio, eleuatis oculis: vidit lo-

cum ꝑcul. Dixitq́ʒ ad pueros
ſuos. Expectate hîc cũ aſino:
ego ⁊ puer illuc vſqʒ ꝑperan-
tes poſtq̃ʒ adorauerimꝰ: reuer
temur ad vos. Tulit quoqʒ li-
gna holocauſti: ⁊ impoſuit ſup
Iſaac filiũ ſuũ. Ipſe vero por-
tabat in manibꝰ ſuis ignem ⁊
gladium. Cũq́ʒ duo pergerẽt
ſimul: dixit Iſaac patri ſuo.
Pat᷑ mi? At ille rñdit. Quid
vis fili? Ecce inquit ignis ⁊ li-
gna: vbi eſt victima holocau-
ſti. Dixit abrahã. Deꝰ ꝓuide
bit ſibi victima holocaſti, fili
mi. Pergebant ergo pariter:
veneruntq́ʒ ad locũ quẽ oſten-
derat ei deꝰ, in quo ędificauit
altare: ⁊ deſup ligna cõpoſuit.
Cũq́ʒ colligaſſet Iſaac filium
ſuum: poſuit eũ in altari ſuper
ſtruem lignorum. Extenditq́ʒ
manũ: ⁊ arripuit gladiũ, vt im
molaret filiũ ſuũ. Et ecce ãge-
lus dñi d̃ cęlo clamauit, dicẽs.
Abrahã abrahã. Qui rñdit.
Adſum. Dixitq́ʒ. Ne extẽdas
manũ tuã ſup puerũ: neqʒ faci-
as illi q̇cq̃ʒ. Nũc cognoui q̇ ti-
meas deum: ⁊ nõ pepciſti filio
tuo vnigenito ꝓpter me. Le-
uauit abraham oculꝰ: viditq́ʒ
poſt tergũ arietẽ iter veꝑs he
rentẽ cornibꝰ. Quẽ aſſumẽs,
obtulit holocauſtum pro filio.
Appelauitq́ʒ nomẽ loci illiꝰ,
Dñs videt. Unde vſqʒ hodie
dr̃, In mõte dñs videbit. Uo-
cauit aũt angelus dñi abrahã
ſcđo de cęlo, dicẽs. Per meme
tipſum iuraui dicit dñs: q2 feci-
ſti rem hãc: ⁊ non pepciſti vni-
genito filio tuo ꝓpter me: be-
nedicẽs bñdicã tibi: ⁊ multipli
cabo ſemen tuũ ſicut ſtellas cę
li: ⁊ velut arenã q̃ eſt in littore
maris. Poſſidebit ſemẽ tuum
portas inimicorũ ſuorũ: ⁊ bene
dicẽtur in ſemine tuo oẽs gen-
tes terrę: q2 obediſti voci meę.
Reuerſuſq́ʒ eſt abrahã ad pue
ros ſuos: abierũtq́ʒ berſabeę
ſimul: ⁊ habitauit ibi. quaſim-
ta. Sacerdos dicit. Oremus.

DEus q̇ in abrahę famuli
tui opere, humano gene-
ri obedientię exẽpla ꝑdicaſti:
cõcede nobꝫ: ⁊ noſtrę volũtatꝫ
prauitatẽ frãgere: ⁊ tuorũ ꝑce
ptorũ rectitudinẽ in oĩbus ad-
implere. p. Prophe. ij. Exodi.

IN diebꝰ illis. (cap. xiiij.
Factũ eſt in vigilia matu
tina: ⁊ ecce reſpiciens dñs ſup
caſtra ęgyptiorũ, per colũnaʒ
ignis ⁊ nubis interfecit exer-
citum eorum: ⁊ ſubuertit rotas
curruum: ferebanturq́ʒ in pro
fundum. Dixerunt ergo ęgy-
ptij. Fugiamus Iſraël: domi-
nus enim pugnat pro eis con-
tra nos. Et ait dominus ad

moyſen. Extende manum tuã
ſuper mare: vt reuertant̃ aquę
ad egyptios: ſuper currus ⁊
equites eorum. Cumq́ꝫ exten
diſſet moyſes manũ cõtra ma-
re: reuerſum eſt primo diluculo
ad priorẽ locum. Fugientibus
qꝫ egyptijs occurrerũt aquę:
⁊ inuoluit eos dñs in medijs
fluctibus. Reuerſęqꝫ ſunt aq̃,
⁊ cooperuerunt currus, ⁊ equi
tes cũcti exercit⁹ pharaonis:
qui ſequentes ingreſsi fuerãt
mare: nec vn⁹ quidẽ ſuperfuit
ex eis. Filij aũt Iſraël perrexe
runt per medium ſicci maris:
⁊ aquę eis erant quaſi pro mu
ro: à dextris ⁊ à ſiniſtrꝫ. Libe-
rauitq́ꝫ dñs in die illo Iſraël d
manu egyptiorꝫ. Et viderunt
egyptios mortuos ſuper litt⁹
maris: ⁊ manũ magnã quam
exercuerat dñs contra eos. Ti
muitq́ꝫ populus dñm: ⁊ credi-
derũt dño, ⁊ moyſi ſeruo eius.
exodi. 15. Tũc cecinit moyſes: ⁊ filij Iſ
raël: carmẽ hoc dño: ⁊ dixerũt.
Tractus. Cantem⁹ dño: glo-
rioſe enim honorificatus eſt:
equum ⁊ aſcenſorẽ proiecit in
mare: adiutor ⁊ protector fa-
ctus eſt mihi in ſalutẽ. ℣. Hic
iudi. 16. deus meus, ⁊ honorificabo eũ:
de⁹ patris mei, ⁊ exaltabo eũ.
℣. Dñs conterens bella: do-
minus nomen eſt illi. Orem⁹.

Deus qui in primis tẽpib⁹
impleta miracula noui te
ſtamẽti luce reſerati: vt ⁊ mare
rubrum forma ſacri fontis exi-
ſteret: ⁊ liberata plebs ab egy
ptiaca ſeruitute: chriſtiani po-
puli ſacramenta proferret: da
vt oẽs gentes Iſraëlis priuile
giũ merito fidei cõſecutę, ſpũs
tui perceptione regenerẽtur.
Per. in vnitate eiuſdem. Pro
phetia. iij. Deutero. cap. xxxj.
In diebus illis. Scripſit
moyſes canticũ: ⁊ docuit
filios iſraël. Pręcepitq́ꝫ dñs
Ioſue filio Nũ: ⁊ ait. Cõforta
re: ⁊ eſto robuſtus. Tu enim
introduces filios Iſraël in ter
ram, quam pollicitus ſum eis:
⁊ ego ero tecum. Poſtq̃ꝫ ergo
ſcripſit Moyſes verba legis
huius in volumine, atqꝫ com-
pleuit: pręcepit leuitis, qui
portabant archam federis do
mini, dicens. Tollite librum
iſtum: ⁊ ponite illum in latere
archę federꝫ domini dei noſtri:
vt ſit contra te in teſtimonium.
Ego enim ſcio contentionem
tuam: ⁊ ceruicem tuam duriſsi
mam. Adhuc viuente me, ⁊
ingrediente vobiſcum: ſemp cõ
tẽtioſe egiſtis contra dñm: q̃n-
to magꝫ cũ mortuos fuero? Cõ
gregate ad me oẽs maiores na
tu per tribus veſtras: atqꝫ do-

ctores: ⁊ loq̄r audiētibus illis
ſmones iſtos: ⁊ īuocabo cōtra
eos celum ⁊ terrā. Noui enim
ꝙ poſt mortē meā iniquè age-
tis: ⁊ declinabitꝫ citò de via q̄ꝫ
ꝑcepi vobꝫ. Et occurrēt vobꝫ
mala in extremo tp̄e: quādo fe
ceritis malū in cōſpectu dn̄i: vt
irritetis eū per op̄a manuū ve-
ſtrarū. Locutus eſt ergo moy-
ſes: audiēte vniuerſo cetu filio
rum Iſraël verba carminꝫ hu
ius: ⁊ ad finē vſq; compleuit.
Deu 32. Tractus. Attende celum, ⁊
loquar: ⁊ audiat terra v̄ba ex
ore meo. ℣. Expectatur ſicut
pluuia eloquiū meū: ⁊ deſcen-
dant ſicut ros v̄ba mea. ℣. Si
cut imber ſup gramē: ⁊ ſicut nix
ſuper fenū q2 nomē dn̄i inuoca
bo. ℣. Date magnitudinē deo
nr̄o: deus verax: op̄a eius ⁊ o-
mnes vie ei9 iudicia. ℣. Deus
fidelis in quo nō eſt iniquitas:
iuſtus ⁊ ſanctus dn̄s. Oratio.
DEus glorificatio fideliū,
⁊ vita iuſtoꝝ. Qui ꝑ moy-
ſen famulū tuū, nos quoq; mo
dulatione ſacri carminꝫ erudi-
ſti: vniuerſis gētibus miſericor
die tue munus operare: tribu-
endo beatitudinē: auferendo
terrorem: vt qđ pronūciatū eſt
ad ſuppliciū: in remediū tranſ-
feratur eternū. Per dominū.
capit. iiij.

APphendēt ſeptē mulie-
res viꝝ vnū in die illa, di
cētes. Panē nr̄m comedem9:
⁊ veſtimentis nr̄is operiemur:
tantummodò īuocetur nomen
tuuꝫ ſup nos: aufer opprobriū
nr̄m. In die illa erit germē do
mini in magnificentia ⁊ gloria:
⁊ fructus terre ſublimꝫ: ⁊ exul
tatio his q̄ ſaluati fuerīt de Iſ-
raël. Et erit oīs qui relict9 fu-
erit in ſyon: ⁊ reſidu9 in hieru-
ſalē: ſanctus vocabitur omnis
qui ſcriptus eſt in vita in hieru
ſalem. Si abluerit dn̄s ſordes
filiarum ſyon: ⁊ ſanguinē hie-
ruſalem lauerit de medio eius
in ſpiritu iudicij, ⁊ ſpiritu ardo
ris. Et creauit dn̄s de9 ſuper
omnem locuꝫ mōtis ſyō, ⁊ vbi
inuocatus eſt, nubem per dieꝫ
⁊ fumum: ⁊ ſplendorē ignꝫ flā-
mantis in nocte. Super omnē
enī gloriā ꝓtectio: ⁊ taberna-
culū erit in vmbraculū diei ab
eſtu: ⁊ in ſecuritatē ⁊ abſconſi
onem à turbine ⁊ pluuia. Tra
ctus. Vinea facta eſt dilecto Eſa. 5.
meo in cornu in loco vberi. ℣.
Et maceriā circūdedit: ⁊ cir-
cunfodit: ⁊ plantauit vineam
ſoreth: ⁊ edificauit turrī in me-
dio eius. ℣. Et torcular fodit
in ea: vinea enim domini ſab-
baoth: dom9 Iſraël eſt. Ore-
m9. Flec. gen. ℟. Leua. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne
deus:qui per vnicum fi=
lium tuum: eccleſię tuę demon
ſtraſti te eſſe cultorē:vt omnez
palmitē:fructū in eodē chriſto
tuo:qui vera vitis eſt : afferētē:
clemēter excolens: fructus af=
ferat ampliores: fidelibꝰ tuis:
quos velut vineam ex egypto:
per fontem baptiſmi tranſtuli
ſti nulle peccatorū ſpine preua
leant:vt ſpūs tui ſanctificatio=
ne muniti:perpetua fruge ditē
tur. Per . in vnitate eiuſdem.

Prophetia.v.Baruch. ca . iij.

AUdi Iſraël mandata vi=
tę: auribus ꝑcipe vt ſcias
prudentiā. Quid eſt Iſraël:ꝙ
in terra inimicorū es? Inuete
raſti in terra aliena:coinquina
tus es cum mortuis: deputatꝰ
es cū his:ꝗ ſunt ī inferno. De
reliq̄ſti fōtē ſapiētię. Nā ſi ī via
dei ambulaſſes:habitaſſes vti
q̄ in pace:ſuper terrā . Diſce
vbi ſit ſapientia: vbi ſit virtus:
vbi ſit prudentia:vbi ſit intelle
ctus:vt ſcias ſimul:vbi ſit lōgi
turnitas vitę:⁊ victꝰ: vbi ſit lu
men oculorum ⁊ pax . Quis
inuenit locum eius ? Et quis
introiuit ī theſauros eiꝰ ? Ubi
ſunt principes gētiū:⁊ qui do=
minantur ſuper beſtias:ꝗ ſunt
ſuper terrā? Qui in auibus cę
li ludunt qui argentū theſauri
zant ⁊ aurū in quo confidunt
homines: ⁊ non eſt finis poſſe
ſsionis eorū . Qui argentū fa=
bricant:⁊ ſoliciti ſunt nec eſt in
uētio operū illoꝝ? Et tn̄ exter
minati ſunt:⁊ ad inferos deſcē
derūt : ⁊ alij in locū eorū ſurre
xerūt. Iuuenes viderūt lumē
⁊ habitauerūt ſuper terram.
Uiā autē diſciplinę neſcierūt:
neq̄ intellexerunt ſemitas eiꝰ
neq̄ ſuſceperūt eā filij eorum.
A facie eorū longê facta eſt.
Nō eſt audita in chanaā:neq̄
viſa eſt in theman . Filij quoq̄
agar:qui exquiſierunt pruden
tiā:quę de terra eſt: negociato
res terrę:⁊ theman:⁊ cōfabu=
latores ⁊ exquiſitores pruden
tię :⁊ intelligētię viā autē ſapi
entię neſcierunt:neq̄ memine
runt ſemitaꝝ eius . O Iſraël
quam magna eſt domus dei: ⁊
ingens locus poſſeſsionis eiꝰ.
Magnus ⁊ nō habet cōſum=
mationem:excelſus ⁊ immen=
ſus. Ibi fuerūt gigātes nomi=
nati :illi qui abinitio fuerunt:
ſtatura magna:ſcientes bellū.
Nō hos elegit dn̄s neq̄: viam
diſciplinę inuenerūt : ꝓpterea
perierūt. Et qm̄ nō habuerūt
ſapientiā interierūt ꝓpter ſuā
inſipiētiā. Quis aſcendit in cę
lū ⁊ accepit eā: ⁊ eduxit eā de
nubibꝰ? Quis trāſfretauit ma

re ⁊ inuenit eā: ⁊ attulit eā ſuper aurum electum? Non eſt qui ſciat viam eius: neq̨ qui excogitet ſemitas ei⁹. Sed qui fecit vniuerſa nouit illaꝫ: ⁊ adinuenit eam prudentia ſua. Qui perfecit terram in ſempiterno tempore: ⁊ adimpleuit eā pecudibus. Vocauitq̨ eā: ⁊ obaudiuit eū in tremore. Stelle autem dederūt lumē cuſtodijs ſuis: ⁊ letate ſunt. Vocate ſunt ⁊ dixerūt. Adſum⁹. Et luxerūt ei cū iocūditate qui fecit illas. Hic eſt deus noſter: ⁊ nō extimabitur ali⁹ ad eū. Hic adinuenit oēm viam diſcipline: ⁊ ddit illā Jacob puero ſuo: ⁊ Iſraël dilecto ſuo. Poſt hec ſup terrā viſus eſt ⁊ cū hoībus cōuerſatus eſt. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leua. Oratio.

Deus qui nobꝫ ꝑ prophetarum ora: precepiſti temporalia relinq̄re: atq̨ ad eterna feſtinare: da famulꝫ tuis: vt que à te iuſſa cognouimus: implere celeſti inſpiratiōe valeamus. Per dominū. Prophetia. vj. Ezechielis. cap. xxxvij.

In diebus illis. Facta eſt ſuper me manus dn̄i: ⁊ eduxit me in ſpū domini: ⁊ dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus: ⁊ circunduxit me per ea in gyrū. Erant aūt multa valde: ſup faciem cāpi. Siccaque vehemēter. Et dixit ad me. Fili hominis: putaſnè viuēt oſſa iſta? Et dixi. Domine de⁹ tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare de oſſib⁹ iſtis ⁊ dices eis. Oſſa arida audite verbū domini. Hec dicit dominus deus oſſibus his. Ecce ego intromittam in vos ſpiritum ⁊ viuetis: ⁊ dabo ſup vos neruos: ⁊ ſuccreſcere faciā ſuper vos carnem: ⁊ ſuper extendam in vobis cutem: ⁊ dabo vobis ſpiritum ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis qꝛ ego domin⁹. Et prophetaui ſicut preceperat mihi. Fact⁹ eſt aūt ſonit⁹ ꝓphetāte me ⁊ ecce commotio. Et acceſſeruntoſſa ad oſſa: vnumquodq̨ ad iuncturam ſuaꝫ. Et vidi: ⁊ ecce ſup ea nerui ⁊ carnes aſcēderunt: ⁊ extenſa eſt in eis cutis de ſuper: ⁊ ſpiritum nō habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritum: vaticinare fili hominis: ⁊ dices ad ſpiritū. Hec dicit dominus deus. A quattuor ventis veni ſpiritus: ⁊ inſuffla ſuper: interfectos iſtos: ⁊ reuiuiſcāt. Et prophetaui ſicut preceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea ſpirit⁹: ⁊ reuixerunt: ⁊ ſteterunt ſuper pedes ſuos: exercitus grandꝫ nimis valde. Et dixit ad me. Fi-

li hominꝫ: oſſa hęc vniuerſa do-
mus Iſraël eſt. Ipſi dicunt.
Aruerũt oſſa nr̃a, periſt ſpes
noſtra: ⁊ abſciſi ſumus: ꝓpte
reà vaticinare, ⁊ dices ad eos.
Hęc dicit dñs deꝰ. Ecce ego
aperiã tumulos veſtros: ⁊ edu
cam vos de ſepulchꝛis veſtris:
populus meꝰ: ⁊ inducã vos in
terraꝫ Iſraël. Et ſcietꝫ: qꝛ ego
dñs cum apperuero ſepulchꝛa
veſtra, ⁊ eduxero vos de tumu
lis veſtris, populus meus: ⁊ de
dero ſpiritum meum in vobis:
⁊ vixeritis: ⁊ requieſcere vos
faciã ſuper humum veſtrum:
dicit dñs omnipotẽs. Oremꝰ.
Flectamꝰ genua. ℟. Leuate.
Domine deꝰ vtutũ: (oꝛo.
q̃ collapſa reparas: ⁊ re-
parata cõſeruas: auge pp̃los,
in tui nominis ſanctificatione
renouandos: vt omnes qui ſa-
cro baptiſmate diluũt̃ tua ſem
per inſpiratione dirigãt̃. Per.
Ps. 41. His finitis deſcẽdẽdo ad fon
tes, cãtat̃. Trac. Sicut ceruꝰ
deſiderat ad fontes aquarum:
ita deſiderat anima mea ad te
deus. ℣. Sitiuit anima mea ad
te deum viuum: quãdo veniã,
⁊ apparebo ãte faciẽ dei mei.
℣. Fuerũt mihi lachꝛymę meę
panes de ac nocte: dum dicit
mihi per ſingulos dies: vbi eſt
deus tuus. Deinde ad fontes
anteq̃ʒ ſacerdos itret ad bñdic
tiõeꝫ fontiũ dicit. Dñs vobiſcũ.
Concede, q̃s oꝑs deꝰ (oꝛo.
vt q̃ ſolẽnitatẽ doni ſp̃us
ſancti colimus: cęleſtibus deſi
derijs accenſi: fontẽ vitę ſitia-
mꝰ. Per dñm. in vnitate. De-
inde proceditur ad bñdictionẽ
fontium: quã require ſupra in
ſabbato ſancto. ¶ Ubi verò
non fuerit fontes. Tractꝰ. Si
cut ceruus. Et oꝛo ſequẽs tra
ctum: ⁊ fontium bñdictio pꝛę-
termittuntur: ſed finita oꝛone.
Dñe deus virtutum. Sacer-
dos caſula depoſita: cum mi-
niſtris ante altare pꝛocũbit:
⁊ fratres alij ſtant erecti: ⁊ can
tantur letanię à duobus fratri
bus ĩ medio choꝛi: vtroq̃ꝫ cho
ro idem ſimul rñdente. Peruẽ
to autẽ ad. Peccatores: te ro
gamus audi. Sacerdos ⁊ mini
ſtri ad veſtuariũ reuertentes:
ſolẽnit̃ induũtur: ⁊ accendũtur
luminaria circa altare. ¶ Per
uento autẽ ad kyrieleiſon. Le
tamarum kyrieleyſon. Pro mi
ſa à cantoꝛibꝰ ſolenniter inci-
pit. Quo incepto, ſacerdos de
veſtiario cũ miniſtris rediens:
facit cõfeſſionem debitam, in
loco cõſueto: ⁊ aſcendẽs poſt-
modũ ad altare. Finito. kyrie
leiſon. Incipit ſolẽniter. Glia
in excel. Et cãpanę pulſant.

PReſta, queſu (Oratio.
mus omnipotens deus:
vt claritatꝫ tuę ſuper nos ſplē-
doꝛ effulgeat: ⁊ lux tuę lucis
coꝛda eoꝛum, qui per gratiam
tuam renati ſunt: ſancti ſpiri-
tus illuſtratione confirmet.
Per dominum noſtrum Je-
ſum chꝛiſtum filium tuū. Qui
tecum viuit ⁊ regnat in vnita-
te eiuſdem ſpiritus ſancti deus
per omnia ſecula ſeculoꝛum.

Lectio actuū apoſtoloꝝ. c. xix.

IN diebus illis. Factum
eſt autem cū apollo eſſet
coꝛinthi: vt Paulus peragra-
tis ſuperioꝛibus partibꝰ, veni-
ret epheſuꝫ: ⁊ inueniret quoſdā
de diſcipulꝫ: dixitq̄ꝫ ad eos. Si
ſpiritum ſanctū accepiſtis cre
dētes? At illi dixerunt ad euꝫ.
Sed neqꝫ ſi ſpiritus ſanctus
eſt: audiuimus. Ille verò ait.
In quo ergo baptizati eſtis?
Qui dixerūt. In Joannis ba-
ptiſmate. Dixit aūt Paulus.
Joannes quidem baptizauit
baptiſmo pęnitētię populū: di
cēs in eum qui venturus eſſet
poſt ipſum vt crederēt: hoc eſt
Jeſum. His auditis: baptiza-
ti ſunt in nomine domini Jeſu.
Et cùm impoſuiſſet illis manꝰ
paulus: venit ſpiritus ſanctus
ſuper eos: ⁊ loquebātur liguꝫ,
⁊ pꝛophetabāt. Erant aūt o-
mnes viri ferè duodecim. In-
trogreſſus aūt paulꝰ in ſyna-
gogā, cū fiducia loquebatur p
tres menſes: diſputans ⁊ ſua-
dens de regno dei. Deinde à
duobus fratribꝰ dr̄. Alleluia.
Et choꝛus repetit. Allła. Po
ſteà ſequitur. ℣. Confitemini Ps. 117.
domino, quoniam bonus: quo
niam in ſeculum miſericoꝛdia
eius. Quo à pꝛędictis duobus
fratribꝰ decātato: nō repetit̄.
Alleluia. Sed immediate ſe-
quitur. Tractus. Laudate Ps. 116.
dominum omnes gentes: ⁊ co
laudate eum omnes populi.
℣. Quoniam cōfirmata eſt ſu- ibi.
per nos miſericoꝛdia eiꝰ: ⁊ ve-
ritas domini manet in ęternū.
Ad euangelium non poꝛtan-
tur luminaria: ſed incēſuꝫ tan-
tum. Sequentia ſancti euan-
gelij ſm Joannem. capit. xiiij.

IN illo tempoꝛe. Dixit
Jeſus diſcipulis ſuis. Si
diligitis me: mandata mea ſer
uate: ⁊ ergo rogabo patrem, ⁊
alium paraclytum dabit vo-
bis: vt maneat vobiſcum in ę-
ternum: ſpiritum veritatis, q̄ꝫ
mundus non poteſt accipere:
quia non videt eum: nec ſcit
eum. Vos autem cognoſcetis
eum: quia apud vos manebit:
⁊ in vobꝫ erit. Nō relinqꝫ vos
oꝛphanos: veniaꝫ ad vos. Ad

huc modicū, ⁊ mundus me iam
non videt. Vos autē videbitis
me: qꝛ ego viuo, ⁊ vos viuetis.
In illo die vos cognoſcetis: qꝛ
ego in patre meo: ⁊ vos in me:
⁊ ego in vobis. Qui habet mā
data mea, ⁊ ſeruat ea: ille eſt q̄
diligit me. Qui autem diligit
me: diligetur à patre meo. Et
ego diligam eum: ⁊ manifeſta-
ps. bo ei meipſum. Offertorium.
103. Emitte ſpiritum tuum, ⁊ crea
būtur: ⁊ renouabꝫ faciē terrę:
ſit gloria dn̄i in ſęcula. Allā.
Munera, quęſu(Secreta.
mus domine, oblata ſan-
ctifica: ⁊ corda nr̄a ſancti ſpi-
ritꝰ illuſtratione emūda. Per
dominū noſtrū Jeſum chriſtū
filium tuum qui tecum viuit ⁊
regnat in vnitate eiuſdem ſpiri
tus ſancti deꝰ. Prefatio. Per
chriſtum dominū noſtrū. Qui
aſcendēs ſuper omnes cęlos.
Infra actionem. Communi-
cantes: ⁊ diem ſacratiſſimum
celebrantes. Alia infra actio-
nem. Hanc igitur oblationem
ſeruitutis noſtrę. Et dicuntur
vſqꝫ ad ſequens ſabbatum in-
cluſiue. Communio. Ultimo
feſtiuitatis die dicebat Jeſus:
Jo an. 7. qui in me credit, flumina de vē
tre eius fluent aquę viuę: hoc
autē dixit de ſpiritu, quem ac-
cepturi erant credentes in eū.

Alleluia. alleluia. Poſt cōio.
Sancti ſpiritꝰ dn̄e cor
da noſtra mūdet infuſio,
⁊ ſui roris intima aſperſione fe
cundet. Per dominum noſtrū
Jeſum chriſtum filium tuū qui
tecum viuit ⁊ regnat in vnita-
te eiuſdem ſpiritus ſancti deꝰ.
Et dicitur nona poſt miſſam.
¶ In die ſctō pēthecoſt. Sta-
tio ad ſanctū Petrū. Introitꝰ. ſa. 1.
Spiritus domini re-
pleuit orbem terra-
rū. Alleluia. ⁊ hoc
qđ cōtinet oīa, ſcien
tiā habet vocis. Alleluia. allā
alleluia. ps. Omniū eſt enim
artifex: omnem habens virtu-
tē: oīa proſpiciens. ℣. Gloria.
Deus qui hodierna(Orō.
die corda fideliū ſancti ſpi
ritus illuſtratione docuiſti: da
nobꝫ in eodem ſpiritu recta ſa
pere: ⁊ de eius ſemper conſola
tione gaudere. Per dominum
noſtrum Jeſum chriſtum filiū
tuū. Qui tecum viuit ⁊ regnat
in vnitate eiuſdem ſpiritus ſan
cti deus ꝑ omnia ſęcula ſęculo.
Lectio actuū apoſtoꝝ. Cap. ij.
In diebus illis. Dum cō
plerentur dies penthe-
coſtes: erant omnes diſcipuli
pariter in eodem loco. Et fa-
ctꝰ eſt repēte de celo ſonus tā-
q̄ꝫ aduenientis ſpiritus vehe-

mentis: ⁊ repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illꝫ diſpartitę linguę tanquam ignis: ſeditquè ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: ⁊ cęperunt loqui varijs linguis: prout ſpiritus ſanctꝰ dabat eloqui illis. Erant autem in hieruſalem: habitantes iudęi viri religioſi ex omni natione, quę ſub cęlo eſt. Facta autem hac voce: conuenit multitudo: ⁊ mente confuſa eſt: quoniam audiebat vnuſquiſquè lĩgua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ⁊ mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes iſti qui loquuntur galilęi ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſquè linguaꝫ noſtrā, in qua nati ſumꝰ? Parthi ⁊ medi ⁊ elamite, ⁊ qui habitant meſopotamiam, iudęaꝫ ⁊ capadociam: pontum ⁊ aſiā, phrygiam ⁊ pamphiliaꝫ: ęgyptum ⁊ partes libyę: quę eſt circa cirenem: ⁊ aduenę Romani: iudęi quoquè ⁊ proſelliti, cretes ⁊ arabes audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia dei. Alleluia. ℣. Emitte ſpiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritꝰ, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Sancti ſpiritus adſit nobis gratia. Quę corda noſtra ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cunctis vitijs ſpiritualibus. Spiritus alme illuſtrator omnium. Horridas noſtrę mentꝫ purga tenebras. Amator ſancte ſenſatorum ſemper cogitatuum. Infunde vnctionem tuam clemens noſtris ſenſibus. Tu purificator omnium flagitiorum ſpiritus. Purifica noſtri oculum interioris hominis. Vt videri ſupremꝰ genitor poſsit à nobis. Mundi cordis quem ſoli cernere poſſunt oculi. Prophetas tu inſpiraſti: vt pręconia Chriſti pręcinuiſſent inclyta. Apoſtolos confortaſti: vti tropheum Chriſti per totum mundum veherent. Quādo machinam per verbū ſuuꝫ fecit deus cęli terrę marium. Tu ſuper aquas foturus eas numen tuum expandiſti ſpiritus. Tu animabus viuificandis aquas fęcundas. Tu aſpirando das ſpirituales eſſe homines. Tu diuiſum per linguas mundū ⁊ ritus adunaſti dn̄e. Idolatras ad cultū dĩ reuocas magiſtrorꝫ optime. Ergo nos ſupplicātes tibi exaudi

pꝛopitius ſancte ſpiritus. Sine quo preces oēs caſſe credūtur: ⁊ indigne dei aurib⁹. Tu q̄ omnium ſeculorum ſanctos. Qui nomini docuiſti inſtinctu amplectendo ſpūs. Ipſe hodie apoſtolos chriſti. Donās munere inſolito: ⁊ cuncti inaudito ſeculis. Hunc diem glorioſum feciſti. Amen. Sequentia ſancti euā. ſm Joānē. ca. xiiij.

In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Siquis diligit me, ſermonē meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum: ⁊ ad eum veniem⁹: ⁊ māſionē apud eum faciem⁹. Qui nō diligit me: ſermones meos nō ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis, non eſt meus: ſed eius q̄ miſit me patris. Hec locutus ſum vob: apud vos manens. Paraclytus autē ſpiritus ſanctus, quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa: ⁊ ſuggeret vob omnia quecūq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Nō quomodò mūd⁹ dat, ego do vobis. Nō turbet cor veſtrū, neq; formidet. Audiſtis q2 ego dixi vob: vado ⁊ veniā ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, q2 vado ad patrē: q2 pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſq; fiat: vt cùm ſanctū fuerit, credatis. Jam nō multa loquar vobiſcum. Uenit enim princeps mundi hui⁹, ⁊ in me nō habet quicq;: ſed vt cognoſcat mund⁹ quia diligo patrē: ⁊ ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Offer. Confirma hoc deus quod operat⁹ es in nobis: à tēplo tuo quod eſt in hieruſalem: tibi offerent reges munera. alleluia. Secre.

Munera, queſumus dñe, oblata ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum. Cōmunio. Factus eſt repēte de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis: vbi erant ſedētes. Alleluia. ⁊ repleti ſunt omnes ſpritu ſancto, loquētes magnalia dei. Alleluia. allꝫa. ac. tū.

Sancti ſpūs dñe (poſt cō. corda noſtra mūdet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dominū. in vnitate eiuſdē. In fra octaua penthe. nō fit de aliquo alio feſto: ſed poſt octaua celebratur.

¶ Feria. ij. Statio ad ſanctū Petrū ad vincula. Introitus. ps. 80

Cibauit eos ex adipe frumēti. alleluia. ⁊ de petra melle ſaturauit eos. alleluia allꝫa. allꝫa. ps. Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. ibi.

℟. Gloria patri. ⁊c. Oratio.

Deus qui apl'is tuis ſctū dediſti ſpm̄, cōcede plebi tuę pię petitiōis effectū: vt q̄b⁹ dediſti fidē: largiar̄ ⁊ pacē. p.

Lectio actuū apoſtolorū. c. x.

In diebus illis. Aperiēs Petr⁹ os ſuū dixit. Viri fratres: ⁊ patres nobis precepit dn̄s predicare populo: ⁊ teſtificari: q2 ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo: iudex viuorum ⁊ mortuorū. Huic oēs prophete teſtimonium perhibent: remiſsionem peccatoꝝ accipere per nomē eius: oēs qui credūt in eū. Adhuc loq̄nte Petro verba hec: cecidit ſpūs ſanct⁹ ſuper oēs: q̄ audiebāt verbū. Et obſtupuerūt ex circūciſione fideles: qui venerant cū petro: quia ⁊ in nationes gr̄a ſpiritus ſancti effuſa eſt. Audiebāt enim illos loquentes linguꝫ: ⁊ magnificātes deū. Tūc rn̄dit petrus. Nūc quid aq̄ā quis prohibere pōt: vt non baptizētur hi: qui ſpiritū ſanctū acceperūt: ſicut ⁊ nos? Et iuſſit eos baptizari in noīe dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. Al'a. ℣. Loq̄bātur varijs linguis apl'i magnalia dei. ℣. Al'a. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuoꝝ corda fideliū: ⁊ tui amoris in eis ignē accēde. Ji. fra octa. dicit̄ quotidie ſeq̄ntia Sancti ſpiritus. Vel Veni ſcē ſpūs. Seq̄ntia.

Da nob̄ q̄s omnipotens
deus: vitiorū noſtrorū flā-
mas extinguere: qui beato lau
rentio tribuiſti: tormētorū ſuo-
rum incendia ſuperare. Per.
Lectio epiſtole btī pauli apli
ad Corinth. ſcd̄a. cap. ix.
Fratres. Qui parce ſemi
nat parce ⁊ metet. Et qui ſemi
nat in benedictionibus: de bn̄-
dictionibus ⁊ metet. Unus q̄ſ
que prout deſtinauit in corde
ſuo: non ex triſtitia aut ex neceſ
ſitate. Hilarē enim datorē dili
git deus. Potēs eſt autē deus
omnem gratiam abūdare face
re in vobis: vt in omnibus ſem
per omnem ſufficientiā habē-
tes: abūdetis in omne op9 bo-
num: ſicut ſcriptū eſt. Diſper-
ſit dedit pauperibus: iuſtitia e
ius manet i ſeculū ſeculi. Qui
aūt adminiſtrat ſemē ſeminan
ti: ⁊ panem ad manducandū
preſtabit. Et multiplicabit ſe-
men veſtrum: ⁊ augebit incre-
menta frugum iuſtitie veſtre.
Grad. Probaſti dn̄e cor meū
⁊ viſitaſti nocte. ℣. Igne me
examinaſti: ⁊ non eſt inuenta ī
me iniquitas. Alla. ℣. Leui-
ta laurentius bonum op9 ope
ratus eſt: qui per ſignum cru-
cis cecos illuminauit. Sequē-
tia ſcti euāge. ſm Iohānē. c. xij.
In illo tempore. Dixit ie
ſus diſcipulis ſuis. Amē
amen dico vobis: niſi granum
frumenti cadēs in terram mor
tuum fuerit: ipſum ſolum ma-
net. Si autem mortuū fuerit:
multum fructum affert. Qui a
mat animam ſuam: perdet eā.
Et qui odit animam ſuam in

hoc mundo:in vitam ęternam
cuſtodit eam. Si quis mihi mi
niſtrat:me ſequatur. Et vbi e=
go ſum:illic ⁊ miniſter meus e=
rit. Si q̃s mihi miniſtrauerit:
honorificabit eum pater me⁹,
qui in cęlis eſt. Off. Cõfeſsio
ps. ⁊ pulchritudo in conſpectu ei⁹
5. ſanctitas ⁊ magnificẽtia ĩ ſan=
ctificatione eius. Secre.
ACcipe, q̃s dñe, munera
dignanter oblata: ⁊ bti lauren
tij ſuffragãtib⁹ meritis:ad no
ſtrę ſalutẽ auxiliũ cõcede. Per
Co. Qui mihi miniſtrat me ſe
quatur: ⁊ vbi ego ſum:illic ⁊ mi
ſter meus erit. Poſt cõmunio.
SAcro munere ſatiati ſup
plices te dñe d̃precamur
vt quod debitę ſeruitutis cele=
bramus officio:ĩtercedẽte bea
to laurẽtio martyre tuo:ſalua=
tionis tuę ſentiamus augmen
tũ. Per. Infra octa. ſcti laure=
tij fit idẽ officiũ qḋ in die niſi fe
ſtũ occurrat: ⁊ tũc fit de eo com
memoratio ❡ In ſctõꝝ marty
rum tyburtij ⁊ ſuſannę. Orõ.
BEatorũ martyrũ tybur=
tij ⁊ ſuſannę nos, dñe, fo=
ueãt cõtinuata p̃ſidia: q꞉ nõ d̃=
ſinis propitius intueri:quos ta
libus auxilijs conceſſeris adiu
uari. Per dominum. Secreta
ADeſto domine, precibus
ppl̃i tui:adeſto muneribꝰ
vt q̃ ſacris ſunt oblata myſteri
js:tuorum tibi placeant ĩterceſ
ſione ſanctorum. Per. Poſt c̃.
SVmpſimus, dñe, pignus
redẽptiõis ęternę:ſit no=
bis quęſumus interuenientib⁹
ſctis martyribus tuis:vitę prę
ſentẽ auxiliũ p̃iter ⁊ futurę. p.
❡ In ſctẽ clarę virg. Oratio.
FAmulos tuos, q̃s domi=
ne, btẽ virginis tuę clarę
votiua natalitia recẽſẽtes:cęle
ſtiũ gaudiorũ ſua facias ĩteruẽ
tione participes: ⁊ tui vnigeni
ti coheredes. Qui te. Secre.
OBlata tibi, q̃s dñe, dona
ſanctifica:q̃ maieſtati tuę
accepta faciat beatę virginis
tuę clarę interceſsio veneran=
da. Per dominum noſtrum ie=
ſum chriſtum. Poſt cõmunio.
PRotegãt, q̃s dñe, plebẽ
tuã:glorioſę virginis cla=
rę continuata pręſidia: ⁊ ſum=
pta ꝓ illius gloria:corporis tui
ſacri ⁊ pretioſi ſanguinis ſacra
mẽta. Qui viuis ⁊ regnas. ⁊c.
❡ In ſancti ſimpliciani epiſco
pi ⁊ confeſſoris. Introitus.
STatuit ei dominus
teſtamentum pacis
⁊ principem fecit eũ
vt ſit illi ſacerdotij ps
dignitas in ęternum. ps. Me= 131.9
mento domine dauid: ⁊ omnis
manſuetudinis eius. ℣. Gloria

patri ⁊ filio ⁊ ſpũi ſctõ. Oratio

Deus qui lamẽtatiões pio
rum in gaudium vertis:
quiꝗ fideli ⁊ prudenti ſeruo
multa polliceris: concede: vt p
interceſſionez bti ſimpliciani
confeſſoris tui atq pontificis,
ſumma celi habitacula pene-
tremus: ⁊ cum ſanctis angelis
tuis ſine intermiſſione gaude
amus. Per dominum noſtruz
Jeſum chriſtũ. Lectio epiſto-
le bti pauli apli ad Hebr c. vij

Fratres. Plures facti ſũt
ſacerdotes ſecundum le-
gem iccirco: ꝙ morte prohibẽ-
tur permanere. Jeſus autem
eo ꝙ maneat in eternum: ſem-
piternum habet ſacerdotium.
Unde ⁊ ſaluare in perpetuuz
poteſt: accedens per ſemetip-
ſum ad deum: ſemper viuens
ad interpellanduz pro nobis.
Talis enim decebat: vt nobis
eſſet pontifex: ſanctus: inno-
cens: impollutus: ſegregatus
a peccatoribus: ⁊ excelſior ce-
lis factus. Qui non haberet
quotidiẽ neceſſitatem: quem-
admodum ſacerdotes prius ꝓ
ſuis delictis hoſtias offerre: de
inde pro populo. Hoc enim fe
cit ſemel ſe offerẽdo: dominus
ect. 50. noſter Jeſus Chriſtus. Gra-
duale. Ecce ſacerdos magnus
qui in diebus ſuis placuit deo.

℣ Nõ eſt inuẽtus ſimilis illi: q
cõ ſeruaret legẽ excelſi. Alla. ibi.
℣ Roſa vernãs charitatꝫ: liliũ
caſtitatis: ſtella ſimplicitatis:
vas ſyncere puritatis: riuus
dulcis pietatis: pater ⁊ amic⁹.
Sequentia ſancti Euangelij
ſecundum Lucam capitu. xij.

In illo tempore. Dixit ie
ſus diſcipulis ſuis. Sint
lumbi veſtri precincti: ⁊ lucer-
ne ardentes in manibus ve-
ſtris. Et vos ſimiles homini-
bus expectantibus dominmu
ſuum: quando reuertatur a nu
ptijs: vt cum venerit ⁊ pulſaue
rit: confeſtim aperient ei. Bea
ti ſerui illi: quos cum venerit
dominus eius: inuenerit vigilã
tes. Amen dico vobis: ꝙ pre-
cinget ſe: ⁊ faciet illos diſcum-
bere: ⁊ tranſiens miniſtrabit il
lis. Et ſi venerit in ſcda vigilia
⁊ ſi i tertia vigilia venerit: ⁊ ita
inuenerit. Beati ſunt ſerui illi.
Hoc autem ſcitote: quoniaz ſi
ſciret paterfamilias qua hora
fur veniret: vigilaret vtiq: ⁊
non ſineret perfodi domum ſu
am. Ideo ⁊ vos eſtote parati:
q2 qua hora nõ putatis filius
hominis veniet. Offertorium.

Inueni dauid ſeruuz meum:
oleo ſancto vnxi eũ: man⁹ eniz ps. 88.
mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiũ
meũ cõfortabit eũ. Secreta.

SAcrificia domine: que in honore ſancti ſimpliciani confeſſoris tui atq; pontific; tue offerimus maieſtati: nobis ſint ad ſalutem efficacia: ⁊ tue placita pietati. Per dominum
ma htt 24. noſtrū ieſum chriſtum. Co[m]io. Fidelis ſeruus ⁊ prudēs quē cōſtituit dominus ſup familiaz ſuā: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt comunio.

QUeſumus omnipotēs deus: vt qui celeſtia alimenta pcepimus: intercedēte beato ſimpliciano cōfeſſore tuo atq; pontifice: per hec contra omnia aduerſa muniamur. per dñm noſtrum Jeſuz chriſtum.

pie. 3 ¶ In ſctorum martyrū Hyppoliti ⁊ ſociorum eius. Introitus

ps. 67. IUſti epulentur et exultent in conſpectu dei: ⁊ delectentur in letitia. Ps. Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderūt eum à facie eius. ℣ Glia. Oro.

DA queſumus omnipotēs deus: vt beatoruz martyrum tuorū hippoliti ⁊ caſsiani veneranda ſolēnitas: ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ ſalutē. Per dominum noſtrū. Grad.

ſap 3. Iuſtorum anime in manu dei ſunt: ⁊ nō tāget illos tormētū malitie. ℣ Viſi ſunt oclis iſipientiū mori: illi aute ſunt i pace. ps.
Alla. ℣ Juſti epulentur ⁊ exultent in cōſpectu dei: ⁊ delectentur i letitia. Off. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt d laqueo venantiū: laqueus contritus ē ⁊ nos liberati ſumus. ps. 123.

REſpice, dñe, munera populi tui: ſanctorū feſtiuitate votiua: ⁊ tue teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutē. Per. Cō. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequūtur. Poſt communio.

SAcramentoꝝ tuoꝝ, dñe, cōmunio ſumpta nos ſaluet: ⁊ in tue veritatis luce cōfirmet. Per dñm.

¶ In vigilia aſſumptionis btē marie virgi. Intr. ole. 14.

VUltū tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: adducētur regi vgines poſt eā: proxime eius adducētur tibi in letitia ⁊ exultatione. ps. 44. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣ Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat. Oratio. ibi.

DEus qui virginalem aulam beate Marie: i qua habitares: eligere dignat9 es: da queſumus: vt ſua nos dfenſione munitos: iocūdos facias ſue itereſſe feſtiuitati. Qui vi-

uis ⁊ regnas. Et fit comemoratio de ſancto laurētio. Oro.

Da nobis, quęſumus oḃs deus, vitiorū̃ noſtrorū̃ flā̃mas extinguere: qui beato laurentio tribuiſti: tormētorū̃ ſuorum incendia ſupare. Per do.

Lectio libri ſapientię ca. xxiiij.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ⁊ flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis: ⁊ timoris: ⁊ magnitudinꝫ: ⁊ ſanctę ſpei. In me oīs gratia vię ⁊ veritatis. In me omnis ſpes vitę ⁊ virtutis. Trāſite ad me omnes qui cōcupiſcitis me: ⁊ à generationibꝰ meis adimplemini. Spiritus enī meus ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuper mel ⁊ fauum. Memoria mea i gnatione ſctorū̃. Qui edūt me adhuc eſuriēt ⁊ q̇ bibūt me adhuc ſitiēt. Qui audiunt me nō confundentur: ⁊ qui operātur in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam ęternā habebunt. Grad.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo maria: q̄ ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatorꝫ. ℣. Uirgo dei genitrix: quē totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. capitu. xj.

In illo tempore. Loquente ieſu ad turbas. Extollens vocē quędā mulier de turba: dixit illi. Beatus venter q̇ te portauit: ⁊ vbera quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimò. Beati qui audiunt verbum dei: ⁊ cuſtodiunt illud. Offer. Beata es virgo maria: quę omniū̃ portaſti creatorē: genuiſti qui te fecit: ⁊ in ęternū̃ pmanes virgo.

Munera noſtra, dñe, Sec. apud clementiā tuaꝫ: dei genitricis commendet oratio: quam iccircò de pręſenti ſeculo trāſtuliſti: vt pro peccatꝫ noſtris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dñꝫ. Pro ſctō laurentio. Secreta.

Accipe, quęſumus domine, munera dignanter oblata: ⁊ beati laurentij ſuffragantibꝰ meritis: ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concede. Per

Cōmunio. Beata viſcera marię virginis: quę portauerunt ęterni patris filium. Poſt cō.

Concede miſericors deꝰ, fragilitati noſtrę pręſidium: vt qui ſanctę dei genitricis requiem celebramus: interceſſionis eius auxilio: à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. ⁊c.

Pro ſancto laurētio. Poſt cō.

Sacro munere ſatiati ſup
plices te dñe dprecamur
vt qđ debitę ſeruitutis celebra
mus officio: intercedente bea-
to laurentio: martyre tuo: ſal-
uationis tuę ſentiam⁹ augmē-
tum. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filium tuuꝫ.
¶ In ſancti Euſebij cōfeſſoꝝ.
Deus qui nos btī (Orō.
Euſebij cōfeſſoris tui an
nua ſolēnitate letificas: conce-
de ꝓpitius: vt cuius natalitia
colimus: per eius ad te exem-
pla gradiamur. Per dominuꝫ
noſtrum ieſum Chriſtum fili-
um tuum. Qui tecu m. Secre.
Laudis tuę dñe hoſtias i
molam⁹: i tuoꝝ cōmemo
ratiōe ſctōꝝ: quibus nos ꝛ pre
ſentibus exui malis confidim⁹.
Per dominum noſtrum ieſum
Chriſtum filium tuum. Qui te
cum viuit ꝛ regnat in vnitate.
Refecti cibo pc (Poſt cō
tuqꝫ cęleſti deus noſter:
te ſupplices exoram⁹: vt in cu-
ius hec cōmemoratione ꝑcepi
mus: eius muniamur ꝛ precib⁹
Per dominum noſtrum ieſuꝫ.
oie. ¶ In aſſumptione beatę Ma
15. rię virginis. Introitus.
Gaudeamus oēs in
dño: diem feſtū cele
brantes ſub honore
beatę marię virginꝫ
de cuius aſſumptione gaudent
angeli: ꝛ collaudāt filium dei.
Ps. Eructauit cor meū vbū bonū Ps. 44.
dico ego opa mea regi. ℣ Glo-
ria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto.
Famulorum tuoꝝ (Orō.
quęſum⁹ dñe delictꝫ igno
ſce: vt qui tibi placere de acti-
bus noſtris nō valem⁹. genitri
cis filij tui domini nrī interceſ-
ſione ſaluemur. Per eūdē dñꝫ
noſtrum Jeſum chriſtum filiū
tuum. Qui tecum viuit. Le-
ctio libri ſapientię. capit. xxiiij.
In omnibus requiem q̄-
ſiui: ꝛ in hereditate domi
ni morabor. Tunc pręcepit: ꝛ
dixit mihi creator omnium: ꝛ q̄
creauit me requieuit in taber-
naculo meo. Et dixit mihi. In
iacob inhabita: ꝛ in Iſraël he
reditare: ꝛ in electis meis mit-
te radices. Et ſic in ſyon fir-
mata ſum: ꝛ in ciuitate ſancti-
cata ſimiliter requieui, ꝛ in hie
ruſalem poteſtas mea. Et ra-
dicaui in populo honorificato:
ꝛ in partes dei mei hereditas
illius: ꝛ in plenitudine ſancto-
rum detentio mea. Quaſi ce-
drus exaltata ſum in libano: ꝛ
quaſi cypreſſus in monte ſyō.
Quaſi palma exaltata ſum in
cades: ꝛ quaſi plantatio roſę i
hierico. Quaſi oliua ſpecioſa i
campis: ꝛ quaſi platanus exal

tata ſum iuxta aquas. In pla-
teis ſicut cinnamomũ: ⁊ balſa-
mum aromaticans odorẽ dedi.
Ps. 44 Quaſi myrrha electa dedi ſua
uitatem odoris. Grad. Propt
veritatem ⁊ manſuetudinẽ ⁊
ibi. iuſtitiã: ⁊ deducet te mirabilit
dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vi-
de ⁊ inclina aurem tuam: qꝛ cõ
cupiuit rex ſpeciem tuã. Alle
luia. ℣. Aſſumpta eſt maria in
celum gaudet exercitus ange-
lorum. Sequentia ſancti euan
gelii ſecũdum Lucam capi. x.
In illo tẽpore. Intrauit ie
ſus in quodã caſtellum: ⁊
mulier quedam martha nomi-
ne: excepit illũ in domũ ſuam.
Et huic erat ſoror nomine ma
ria: que etiam ſedens ſecus pe
des domini: audiebat verbum
illius. Martha aũt ſatagebat
circa frequẽs miniſteriũ. Que
ſtetit: ⁊ ait. Domine nõ eſt tibi
cure: ꝙ ſoror mea reliquit me
ſolã miniſtrare? Dic ergo illi:
vt me adiuuet. Et reſpondẽs
dixit illi dñs. Martha martha
ſollicita es: ⁊ turbaris erga plu
rima. Porrò vnum eſt neceſſa
rium. Maria optimam partẽ
elegit: que nõ auferetur ab ea.
Offertorium. Aſſumpta eſt
maria in celum gaudent ange
li: collaudantes benedicũt do-
minum. alleluia. Secreta.

Subueniat, domine, plebi
tue dei genitricis oratio:
quam ⁊ ſi pro conditione car-
nis migraſſe cognoſcimus: in
celeſti gloria: apud te pro nob
intercedere ſentiamus. Per
eundem dominũ noſtrũ ieſũ.
Coio. Optimam partem ele- lu. 10
git ſibi maria: que non aufere-
tur ab ea in eternũ. Poſt cõm
Menſe celeſtis participes
effecti: imploram⁹ clemẽ
tiam tuã domine deus noſter:
vt qui feſta dei genitricis coli-
mus: à cunctis malis imminen
tibus eius interceſsione libere
mur. Per eundem dominum
dominum noſtrum Ieſum chri
ſtum filium tuum: qui tecũ. ⁊c.
Infra octauã aſſumptiõis be-
ate virginis: ⁊ i eius octaua fit
idem officium quod in die. De
feſtiui. verò que infra octauã
veniũt: nihil tũc agit: ſ3 poſt oc.
celebrat. De octaua vero ſan-
cti laurentij fit eodem quo ca-
dit. ¶ In oc. ſcti laurẽ. Intro.
Probaſti dñe cor me Ps. 16.
um: ⁊ viſitaſti nocte
igne me examinaſti
⁊ non eſt inuenta in
me iniquitas. Ps. Exaudi do- ibi.
mine iuſtitiam meam: intende
deprecationem meam. ℣. Glo
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſanc-
to. Sicut erat in pncipio. Oro

EXcita dñe in eccleſia tua
ſpiritum: cui beatus lau-
rentius leuita ſeruiuit: vt eodẽ
nos replẽte: ſtudeamꝰ amare
qđ amauit: ⁊ ope exercere qđ
docuit. Per ĩ vni. eiuſdẽ. Epi-
ſtola Qui parce ſeminat. Re-
quire. In feſto eius. Gradua.
ps. 8. Gloria ⁊ honore coronaſti eũ.
℣. Et cõſtituiſti eũ: ſuꝑ opera
manuũ tuarum. Alľa. ℣. Le-
uita laurẽtius bonum opꝰ ope
ratus eſt: qui ꝑ ſignum crucis
cecos illuminauit. Euangeli-
um. Amen amen dico vobis:
niſi gra. Require vbi ep̃ſtola.
ps. 20. Offerto. In virtute tua domi-
ne letabitur iuſtus: ⁊ ſuper ſa-
lutare tuũ exultabit vehemen-
ter: deſiderium aĩe eius tribui-
ſti ei. Secreta. Acrifi-
cium nr̃m tibi q̃s domine
btĩ laurentij ꝓcatio ſctã conci-
liet: vt cuius honore ſolẽniter
exhibetur: eius meritis efficia-
tur acceptuz. Per. Cõmunio.
Ma th. 16. Qui vult venire poſt me: abne
get ſemetipſum: ⁊ tollat crucẽ
ſuam: ⁊ ſequatur me. Poſt cõ.
SUpplices te rogamus o-
mnipotẽs deus: vt quos
donis celeſtibꝰ ſatiaſti, interce
dẽte beato laurentio martyre
tuo: ꝑpetua protectione cuſto-
dias. Per dominuz. ¶ In ſan
cti Agapiti marty. Introitꝰ.

LEtabitur iuſtus in
dño: ⁊ ſperabit ĩ eo: ps. 63.
⁊ laudabuntur oẽs
recti corde. ps. Ex ps. 4.
audi deꝰ: orõnem meã cũ dep̃-
cor à timore inimici eripe aĩam
meã. ℣. Gloria. Oratio.
LEtetur eccleſia tua deꝰ
beati agapiti martyris tui cõ-
fiſa ſuffragijs: atq; eius p̃cibꝰ
glorioſis: ⁊ deuota ꝑmaneat: ⁊
ſecura conſiſtat. Per. Gradu.
Iuſtus nõ conturbabitur: q2
dominus firmat manuũ eius.
℣. Tota die miſeretur ⁊ cõmo-
dat: ⁊ ſemen eiꝰ in bñdictione
erit. Alľa. ℣. Letabitur iuſtꝰ ps.
in domino ⁊ ſperabit in eo: ⁊ la 63.
udabuntur oẽs recti corde.
Offert. In virtute tua dñe le ps.
tabitur iuſtꝰ: ⁊ ſuꝑ ſalutare tuũ 20.
exultabit vehemẽter deſideriũ
aĩe eius tribuiſti ei. Secreta.
SUſcipe dñe munera: q̃ in
eiꝰ tibi ſolẽnitate deferi-
mꝰ: cuius nos cõfidimꝰ patro
cinio liberari. p. Cõio. Poſui- ibi.
ſti dñe in capite eiꝰ: coronã de
lapide precioſo. Poſt cõmuni.
SAtiaſti domine familiaz
tuã muneribꝰ ſacris eius
q̃s ſemper interuentione nos
refoue: cuius ſolẽnia celebra-
mus. Per dominum noſtrum
Jeſum chriſtũ filiũ. ¶ In ſcti
ludouici epi ⁊ cõfeſ. Introitꝰ.

ecc. 45. S Tatuit ei dominus teſtamētū pacis: et principē fecit eū vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternū. ps. Memento dñe dauid: ⁊ omnis manſuetudinꝫ eius. ℣. Gloria. Oratio
ps. 131.

DEus qui eccleſiā tuā diſpoſitione mirabili: nouꝫ ſemper illuſtras ſanctoꝝ ſplendoribus: tribue q̄s: vt qui beati ludouici confeſſoris tui atqꝫ pōtificis ſolēnijs gratulamur: ad eius cōſortium feliciter perducamur. Per dominū nr̄um.

Lectio libri ſapientię. ca. xliiij.

ECce ſacerdos magn⁹ q̄ in diebus ſuis placuit dō ⁊ inuentus eſt iuſtus: ⁊ in tempore iracundię factus eſt recōciliatio. Nō eſt inuentus ſimilꝫ illi: qui conſeruaret legē excelſi. Ideo iureiurando: fecit illuꝫ dominus creſcere in plebē ſuā. Benedictionē oīum getiū dēdit illi: ⁊ teſtamentū ſuū confirmauit ſuper caput ei⁹. Cognouit eū in benedictiōibus ſuis: ⁊ cōſeruauit illi miſericordiā ſuam: ⁊ inuenit gratiā corā oculꝫ domini. Magnificauit eū in conſpectu regū: ⁊ dedit illi coronā glorię. Statuit illi teſtamentū ſempiternū: ⁊ dedit illi ſacerdotiū magnū: ⁊ beatificauit illuꝫ in gloria. Fungi ſacerdotio: et habere laudē in nomine ipſi⁹ ⁊ offerre illi incenſum dignū in odorem ſuauitatis. Gra. Ecce ſap. 44. ſacerdos magnus: qui in dieb⁹ ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui cōſeruaret legē excelſi. Allā. ℣. Roſa vernans charitatis: liliū virginitatis: ſtella ludouic⁹: vas ſyncerę puritatis: riuus dulcis pietatis: pater ⁊ amicus. Alleluia. ℣. Tu es ſacerdos ī ęternum: ſcđm ordinem melchiſedech. ps. 103.

Sequentia ſancti euangelij ſecundū Matth. c. xxiiij.

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulꝫ. Vigilate: qꝛ neſcitis qua hora dñs veſter vētur⁹ ſit. Illud autē ſcitote: quoniā ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ ⁊ non ſineret perfodi domum ſuā. Ideoqꝫ ⁊ vos eſtote parati: quia neſcitꝫ qua hora fili⁹ hominis vēturus ſit. Quis putas eſt fidelis ſeru⁹ ⁊ prudēs: quē cōſtituit dñs ſup familiā ſuā: vt det illis cibū in tēpore? Beat⁹ ille ſeruus quē cū venerit dñs eius: inueniret ſic facientē. Amē dico vobis: quoniā ſup omnia bona ſua cōſtituet eū. Off.

INueni dō ſeruū meū: oleo ſā ps. 88. cto vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur: ⁊ brachium meum confortabit eum. Secreta

SAcrificia dñe: quę in ho
nore ſancti ludouici cõfe-
ſſoris tui atq; pontificis: tuę of
ferimꝰ maieſtati: nobis ſint ad
ſalutem efficacia: ⁊ tuę placita
luc. pietati. Per. Cõ. Beatꝰ ſer-
12. uus: quẽ cũ venerit dominus: ĩ
uenerit vigilãtẽ: amen dico vo
bis ſuper omnia bona ſua con
ſtituet eum. Poſt communio.
LAMmẽſaʒ clementiã tuã
oĩpotẽs deus ſuppliciter
exoramus: vt intercedẽte bea-
to ludouico confeſſore tuo atq;
pontifice: per hęc ſancta q̃ſum
pſimus: cũcta nobis aduerſan
tia: te adiuuãte vicamus. Per.
¶ In ſctõꝝ martyꝝum thimo-
die. thei hyppoliti ⁊ ſimpho. Int.
22. SAlus autẽ iuſtoꝝũ
ps. a dño: ⁊ protector eo
36. rũ in tempore tribu
lationis. ps. Noli ę-
ibi. mulari in malignãtibus: neq;
zelaueris faciẽtes iniquitatẽ.
℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
AUxilũ tuũ nobis, quęſu-
mus domine, placatus ĩ-
pende: ⁊ intercedentibus mar
tyꝛibus tuis thimotheo, hyp-
polito, ⁊ ſimphoriano: dexterã
ſuper nos tuę maieſtatis extẽ-
ps. de. Per. Gra. Pretioſa in con
115. ſpectu dñi: mors ſanctoꝝũ eius.
℣. Credidi propter qđ locutꝰ
ps. 37. ſum: ego autẽ humiliatus ſum

nimis. Alła. ℣. Tradiderunt
corpora ſua propť deũ ad ſup-
plicia: ideo coronantur ⁊ acci-
piunt palmã. Off. Mirabilis ps.
deus in ſanctis ſuis: deꝰ iſraël 67.
ipſe dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ
plebi ſuę: bñdictus deꝰ. Secr.
ACcepta tibi ſit, domine,
ſacratę plebis oblatio ꝑ
tuoꝝũ honore ſanctoꝝũ: quoꝝuʒ
ſe meritis percepiſſe de tribu-
latione cognoſcit auxiliũ. Per
dñʒ. Cõ. Ego vos elegi đ mũ Jo
do: vt eatis ⁊ fructum afferatʒ: an.
⁊ fructꝰ veſter maneat. Poſtc 15.
DIuini muneris largitate
ſatiati, q̃s dñe deꝰ noſter:
vt intercedentibus ſctĩs mar-
tyꝛibus tuis thimotheo hyp-
polito ⁊ ſimphoriano: ĩ eiꝰ ſem
per participatione viuamꝰ. P. die.
¶ In ſcti bartho. apli. Intro. 24.
MIhi autẽ nimʒ ho-
norati ſũt amici tui ps.
deus: nimis confor 138.
tatus eſt principa-
tus eoꝝuʒ. ps. Domine proba ibi.
ſti me ⁊ cognouiſti me: tu cog-
nouiſti ſeſsionẽ meam ⁊ reſur-
rectionẽ meam. ℣. Gloria pa-
tri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.
OMnipotẽs ſempiterne
deus: qui huius diei vene
randam ſanctamq; lętitiaʒ: in
beati apoſtoli tui Bartholo-
męi feſtiuitate tribuiſti: da ec-

cleſie tue queſumus: ⁊ amare
quod credidit: ⁊ p̃dicare quod
ps. 44. docuit. Per. Grad. Conſtitu-
es eos principes ſuper omnez
terram: memores erũt nominꝫ
ibi. tui. ℣. Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filij: propterea populi
confitebuntur tibi. Alla. ℣.
Te glorioſus apoſtolorũ chorꝰ
ps. 138. laudat dñe. Offer. Mihi autẽ
nimis honorificati ſunt amici
tui deꝰ nimꝫ confortatꝰ eſt prin
cipatus eorum. Secreta.
Beati apl'i tui dñe bartho
lomei ſolẽnia recenſentes: q̃s
vt eiꝰ auxilio: tua bñficia capia
mus: ꝓ quo tibi hoſtias laudꝫ
imolamus. Per. Cõio. Vos
qui ſecuti eſtis me: ſedebitꝫ ſu-
per ſedes: iudicãtes duodecim
tribꝰ Iſraël: dicit dñs. Poſtc.
Sumpſimus dñe pignus
redẽptionꝫ eterne: ſit no
bis: q̃s interueniente btõ bar-
tholomeo apoſtolo tuo: vite: p̃
ſentis auxilium: pariter ⁊ futu-
re. Per dominum noſtrum Je
ſum. ¶ In ſancti Ludouici cõ
feſſoris regis francie. Introit.
Gaudeamus oẽs in
dño: diem feſtũ cele-
brantes ſub honore
beati ludouici: de cu
ps. 32. ius ſolẽnitate gaudent angeli:
⁊ collaudãt filiũ dei. ps. Exul-
tate iuſti i dño: rectos decet col

laudatio. ℣. Gloria. Oratio.
Deus q̃ beatũ ludouicum
cõfeſſorẽ tuũ: de terreno
ac tẽporali regno: ad celeſtꝫ ⁊
eterni gl'iam trãſtuliſti: eiꝰ q̃s
meritis interceſsione: regꝫ re-
gũ Jeſu xp̃i filij tui nos cohe-
redes efficias: ⁊ eiuſdez regni:
tribuas eſſe cõſortes. Per eũ-
dem dominum noſtrum ieſum.
Lectio libri ſapientie. ca. xxxj.
Beatus vir qui inuentus
eſt ſine macula: ⁊ qui poſt
aurũ non abijt: nec ſperauit in
pecunie theſauris. Quis eſt
hic ⁊ laudabimus eum? Fecit
eniꝫ mirabilia in vita ſua. Qui
probatus eſt in illo: ⁊ perfectꝰ
erit illi gloria eterna. Qui po
tuit tranſgredi: ⁊ non eſt tran-
ſgreſſus: facere mala: ⁊ non fe-
cit. Ideo ſtabilita ſunt bona il-
lius in dño: ⁊ elemoſynas illiꝰ
enarrabit omnis eccleſia ſan-
ctorum. Graduale. Domine ps. 20.
p̃uenisti eum in benedictioni-
bus dulcedinis poſuiſti in capi
te eiꝰ coronã de lapide precio-
ſo. ℣. Vitã petijt a te ⁊ tribuiſti
ei: longitudinem dieꝝ in ſecu-
lum ſeculi. Alleluia. ℣. Bea-
tus vir qui ſuffert tentationez
quoniam cuꝫ probatus fuerit:
accipiet coronam vite. Seque
tia ſancti euangelij ſecundum
Mattheum. Capitulum. ij.

In illo tempore. Respon-
dens Jesus dixit. Confi-
teor tibi pater domine celi ⁊ ter
re: qꝛ abſcondiſti hec a ſapien-
tibus ⁊ prudeutibus: ⁊ reuela
ſti ea paruulis. Ita pater: quo
niam ſic fuit placitum ante te.
Omnia mihi tradita ſunt a pa
tre meo. Et nemo nouit filium
niſi pater: neqꝫ patrem q̇s no-
uit niſi filius: ⁊ cui voluerit fili-
us reuelare. Uenite ad me om
nes qui laboratis ⁊ onerati e-
ſtis: ⁊ ego reficiam vos. Tolli-
te iugum meum ſuper vos: ⁊ di
ſcite a me: quia mitis ſum ⁊ hu
milis corde: ⁊ inuenietis requi
em animabus veſtris. Jugum
enim meum ſuaue eſt: ⁊ onꝰ me
ps. um leue. Offerto. In virtute
20. tua domine letabitur iuſtus: ⁊
ſuper ſalutare tuum exultabit
vehementer: deſideriū anime
eius tribuiſti ei. Secreta
Preſta queſumus, omni-
potens deus: vt ſicut beatꝰ lu-
douicus cōfeſſor tuus per abū
datiam gratie tue: oblectamē-
tis mundialibus ſpretis: ſoli re
gi chriſto placere ſtuduit: ita e
ius oratio nos tibi reddat acce
ptos. Per dominum. Cōmu.
ps. Fidelis ſeruus ⁊ prudēs quē
12. cōſtituit dominus ſup familiā
ſuā: vt det illis in tempore triti
ci menſuram. Poſtcōmunio.

Deus qui almū cōfeſſorē
tuū ludouicū mirificaſti
in terris: q̄s vt iam in celis glo
rioſum effectū: eccleſie tue con
ſtituas d̄fenſorē: eamqꝫ eius p̄
cibus ⁊ meritꝫ ab omni aduer
ſitate liberare digneris. Per
dominum noſtrum Jeſum. ⁊c.
¶ In feſto ſancti auguſtini epi
ſcopi ⁊ confeſſoris. Introitus.
In medio eccleſie a p̄.
peruit os eius: ⁊ im 15.
pleuit eum dominꝰ
ſpiritu ſapientie ⁊ in
tellectu: ſtolā glorie induit eū.
ps. Bonum eſt confiteri domi- ps.
no: ⁊ pſallere nomini tuo altiſ- 91.
ſime. ℣. Gloria patri. Oratio.
Adeſto ſupplicationibꝰ no
ſtris omnipotens deus: ⁊
quibus fiduciam ſperande pie
tatis indulges: intercedēte be
ato auguſtino cōfeſſore tuo at-
qꝫ pontifice: cōſuete miſericor-
die tribue benignus effectū. p.
In proprio feſto. Oratio.
Deus qui beatum auguſti
num eccleſie tue in expo-
nendis ſacre ſcripture myſteri
js doctorem optimum, ⁊ electū
antiſtitem prouidiſti: da nobis
queſumus: eius ſemper ⁊ doc-
trinis inſtrui, ⁊ oratione fulciri.
Per dominum noſtrum Jeſū
chriſtum filium tuum: qui tecū
viuit et regnat in vnitate ſpūs.

Lectio libri ſapientię. capi.v.
ECce ſacerdos magnus:
qui in vita ſuffulſit domū
⁊ in diebus ſuꝫ coꝛroboꝛauit tē
pluꝫ. Tēpli etiā altitudo ab i-
pſo fundata eſt: duplex ędifica
tio: ⁊ excelſi parietes templi.
In diebus ipſius emanauerūt
putei aquarū: ⁊ quaſi mare adī
pleti ſunt ſupꝛà modum. Qui
curauit gentē ſuam: ⁊ liberauit
illam à perditione. Qui pręua
luit amplificare ciuitatē: ⁊ ade
ptus eſt gloꝛiā in cōuerſatione
gentis: ⁊ ingreſſum domus ⁊ a
trij amplificauit. Quaſi ſtella
matutina in medio nebulę: ⁊ q̄
ſi luna plena in diebus ſuis lu-
cet. Quaſi ſol refulgens: ſic iſ-
te refulſit in templo. Quaſi ar
cus refulgens inter nebulas
gloꝛię: ⁊ quaſi flos roſarū ī die
bus vernis. Quaſi lilia q̄ ſunt
in tranſitu aquę: ⁊ quaſi thus
redolēs ī diebꝰ ęſtatis. Quaſi
ignis effulgēs: ⁊ thus ardens
in igne. Quaſi vas auri ſolidū
oꝛnatū oī lapide ꝑtioſo. Quaſi
oliua pollulans: ⁊ quaſi cypꝛę
ſſus in altitudine ſe extollens.
In accipiēdo ipſum ſtolā glo-
rię: ⁊ veſtiri euꝫ in conſumatio
ne virtutis. In aſcenſu altaris
ſancti: gloꝛiam dedit ſanctita-
tis amictum. In accipiēdo au-
tem partes de manu ſacerdo-
tuꝫ: ⁊ ipſe ſtans iuxta arā. Cir
ca illum coꝛona fratrum: ⁊ qua
ſi plantatio cedri in mōte liba-
no ſic circa illū ſteterunt quaſi
rami palmę. Et omnes filij aa
ron in gloꝛia ſua. Gradua. Os
iuſti meditabitur ſapientiā: et
lingua eius loquetur iudiciuꝫ.
℣. Lex dei eius in coꝛde ipſius
⁊ nō ſupplātabūtur greſſus e-
ius. Alla. ℣. Auguſtine lux
doctoꝛū: firmamentū eccleſię:
malleus hęreticoꝛū: ſummum
vas ſciētię: pꝛo tuis fidelibꝰ ro
ga deuꝫ quęſumus. Seq̄ntia.
DE ꝓfundis tenebꝛarum:
lumē mūdo exit claruꝫ: et
ſcitillat hodie. Olī q̄dē vas er-
roꝝ: auguſtinꝰ vas honoꝝ: da-
tꝰ ē eccleſię. Verbo dī dū obe
dit credit: errās ⁊ accedit: ad
baptiſmi grāꝫ. Quā ī ꝑmꝭ tue
bat̄: verbis ſcriptis execratur:
erroꝛis fallaciā. Firmās fidē
foꝛmās moꝛes: legis ſacrę per
uerſoꝛes: verbi necat gladio.
Obmuteſcit foꝛtunatꝰ: cedūt
manes ⁊ donatus: ta ntę lucis
radio. Mundus marcens ⁊ in
anis: ⁊ doctrinis doctus vanis
per peſtem hęreticam. Mul-
tum cepit fructū ferre: dum in
fines oꝛbis terrę: fidem ſperſit
vnicam. Monachalis vitę foꝛ
mam: conquadrauit iuxta noꝛ-
maꝫ: cetꝰ apoſtolici. Qui quip

pē nil habebāt tanq̄ ſuuz ſed
viuebāt:ī cōe clerici. Sic mul-
toꝝ pro ſalute:diu viuens ī vir
tute:tandē bōa ſenectute: dor-
miuit cum patribus. In extre
mis nil legauit:qui nil ſuū ęſti-
mauit:imò totū reputauit: cō-
mune cum fratribus. Salue
gēma cōfeſſorum : lumē chriſti
vox cęlorū:tuba vitę lux docto
rum pręſul beatiſsime. Qui te
patrem venerantur: te ducto-
re coſequātur:vitā in qua glo-
riātur: beatorū animę. Amē.
Sequentia ſancti euangelij ſe
cundum Mattheum. capi. v.
In illo tpe. Dixit ieſus di
ſcipulis ſuis. Uos eſtz ſal
terrę. Quod ſi ſal euanuerit: ī
quo ſalietur? Ad nihilū valet
vltra:niſi vt mittatur foras : et
cōculcetur ab hominib⁹. Uos
eſtis lux mundi. Non poteſt ci-
uitas abſcondi ſuprà mōtē po-
ſita:neq̄ accendunt lucernaz
ꝛ ponunt ſub modio ſed ſuper
cādelabrū:vt luceat omnibus
qui ī domo ſunt. Sic luceat lux
veſtra corā hominibus : vt vi-
deāt opera veſtra bona:ꝛ glo-
rificent patrē veſtruz qui in cę
lis eſt: Nolite putare: quoniaz
veni ſoluere legez aut prophe-
tas. Non enim veni ſoluere le-
gem:ſed adimplere. Amē q̄p-
pē dico vobis : donec tranſeat
cęlum ꝛ terra:iota vnum : aut
vnus apex non pręteribit à le-
ge donec omnia fiant. Qui er
go ſoluerit vnum de mandatis
iſtis minimis:ꝛ docuerit ſic ho
mines: minimus vocabitur in
regno cęlorū. Qui autem fece
rit ꝛ docuerit:hic magnus vo-
cabitur in regno cęlorū. Credo.
dicitur quia in quatuor do-
ctoribus dicitur. Offertorium.
Iuſtus vt palma florebit : ſi-
cut cedrus, quę in libano eſt
multiplicabitur. Secreta.
Sancti confeſſoris tui au-
guſtini nobis dn̄e:pia nō
deſit oratio:quę ꝛ munera no-
ſtra cōciliet ꝛ tuā nobis indul-
gentiā ſemper obtineat. Per.
Cō. Fidelis ſeruus ꝛ prudēs
quem conſtituit dominus ſup
familiam ſuā:vt det illis in tem
pore tritici menſurā. Poſt cō.
Deus qui beatum Au-
guſtinum glorioſum anti
ſtitem tuum:verę ſapientię:no
bis arcana reſeraſti: tribue q̄-
ſumus:eius meritis ꝛ precib⁹
ꝛ ſyncerè quod docuit intelli-
gere: ꝛ efficaciter adimplere.
Per dominum noſtrum Ieſuz
chriſtum filium tuum. Qui te-
cum viuit ꝛ regnat in vnitate.
In ſancti hermetis. Oratio.
De⁹ q̄ btm̄ hermetē mar
tyrē tuū: virtute ꝯſtantię

in paſsione roboraſti: ex eius
nobis imitatione tribue: pro a
more tuo proſpera mūdi deſpi
cere: ⁊ nulla eius aduerſa for-
midare. Per dominum noſtrū
Jeſum chriſtum filium tuum:
Qui tecum viuit ⁊. Secreta.
SAcrificiū tibi, dñe, laudꝫ
offerimus: in tuorū com-
memoratione ſctōꝝ: da que-
ſumus: vt quod illis cōtulit ad
gloriā: nobis proſit ad ſalutez.
Per dominū noſtrū ieſuz chri-
ſtum filiuz tuū. Qui tecum vi-
uit ⁊ regnat. Poſt communio.
REpleti, dñe, bñdictiōe ce
leſti, q̄s clemētiā tuā: vt i
tercedēte beato hermete mar
tyre tuo: q̄ humiliter gerimus:
ſalubriter ſentiamus. Per do-
die. 29. minum. ¶ In decollatione ſan
cti Joānis baptiſte. Introit⁹.
IUſt⁹ vt palma flo
ps. 91. rebit: ſicut cedrus
libani multiplicabi
tur : plantatus in
domo domini : in atrijs do-
mus dei noſtri. ps. Bonum eſt
ibi. confiteri domino: ⁊ pſallere no
mini tuo altiſsime. ℣. Gloria
patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.
SAncti Joannis baptiſte
⁊ martyris tui domine, q̄
ſumus veneranda feſtiuitas: ſa-
lutaris auxilij nobis preſtet ef
fectum. Per dominum noſtrū

Jeſum chriſtum filium tuum.
Lcō libri ſapientie. c. xiiij. ⁊ xv.
BEatus vir qui in ſapien-
tia morabitur: ⁊ qui in iu-
ſtitia meditabitur: ⁊ in ſenſu co
gitabit circunſpectionem dei.
Cibauit illum pane vite ⁊ in-
tellectus: ⁊ aqua ſapientie ſa-
lutaris potabit illuz. Et firma
bitur in illo: ⁊ non flectetur: et
continebit illum: ⁊ non confun
detur: ⁊ exaltabit illum apud
proximos ſuos. Et nomine e-
terno hereditabit illum domi- ps.
nus deus noſter. Gradua. Iu 91.
ſtus vt palma florebit: ſicut ce
drus libani multiplicabitur in
domo domini. ℣. Ad annunciā qi.
dum mane miſericordiam tuā:
⁊ veritatem tuam per noctez.
Alleluia. ℣. Juſtus germina
bit ſicut lilium ⁊ florebit in eter
num ante dominum. Sequen
tia ſcti euāgelij ſcdm mar. c. vj.
IN illo tēpore. Miſit he-
rodes ac tenuit Joannē:
⁊ vinxit eum in carcerem pro-
pter herodiadem vxorem phi-
lippi fratris ſui: quia duxerat
eam. Dicebat autem ioannes
herodi. Non licet tibi habere
vxorem fratris tui. Herodias
autem inſidiabatur illi: ⁊ vole-
bat occidere eum: nec poterat
Herodes enim metuebat Jo-
annem: ſciens eum virum iu-

ſtū ꝫ ꝛ ſanctū: ꝛ cuſtodiebat eū.
Et audito eo multa faciebat:
ꝛ libenter eum audiebat. Et
cū dies opportun⁹ accidiſſet:
herodes natalis ſui cenā fecit
principibus ꝛ tribunis ꝛ pri-
mis galileę. Cūq; introiſſet fi
lia ipſius herodiadis: ꝛ ſaltaſ-
ſet ꝛ placuiſſet herodi ſimul. ꝫ
diſcumbentibus: rex ait puel-
lę. Pete à me quod vis: ꝛ da-
bo tibi. Et iurauit illi: q2 quic-
quid petieris dabo tibi: licet di
midiū regni mei. Quę cum exi
ſſet: dixit matri ſuę. Quid pe-
tam? At illa dixit ei. Caput io
annis baptiſtę. Cumq; introi
ſſet ſtatim cū feſtinatione ad re
gē: petiuit, dicens. Uolo, vt ꝓ-
tinus des mihi in diſco: caput
ioānis baptiſtę. Et contriſta-
tus eſt rex propter iuſiurandū
ꝛ propter ſimul diſcūbētes no
luit eam ꝯtriſtari: ſed miſſo ſpi
culatore: ꝓcepit afferri caput
ioānis in diſco. Et decollauit
eum in carcere ꝛ attulit caput
ei⁹ ī diſco: ꝛ dedit illud puellę.
ꝛ puella dedit matri ſuę. Quo
audito: diſcilpuli eius venerūt
ꝛ tulerūt corpus eius: ꝛ poſue
runt illud in monumento. Of-
Ps. 20. fer. In virtute tua domine lę-
tabitur iuſtus: ꝛ ſuper ſalutare
tuū exultabit vehemēter deſi-
deriū aīę ei⁹ tribuiſti ei. Secr.

Munera tibi, domine, pro
ſancti martyris tui Joan
nꝫ baptiſtę paſsione deferim⁹:
quia dum finitur in terrꝫ: fact⁹
eſt cęleſti ſede ꝑpetuus queſu-
mus vt eius obtētu: nobis pro
ficiant ad ſalutem. Per. Cōio.
Poſuiſti dn̄e in capite ei⁹ coro- Ps. 20.
nā de lapide ꝓcioſo. Poſt cōio.
Conferat nobis dn̄e ſcti
Joannis baptiſte vtrūq;
ſolēnitas: vt ꝛ magnifica ſacra
quę ſumpſimus ſignificata ve-
neremur: ꝛ in nobis poti⁹ edi-
ta gaudeam⁹. Per. ¶ In ſctę. die 29.
Sabinę martyris. Oratio.
Deus qui inter cętera po-
tentię tuę miracula: etiaꝫ
in ſexu fragili victoriam marty
rij cōtuliſti: concede propitius
vt cui⁹ natalitia colimus: per
eius ad te exēpla gradiamur.
Per dominū nr̄m. Secreta.
Hoſtias tibi domine bea-
te Sabinę martyris tuę
dicatas meritis benign⁹ aſſu-
me: ꝛ ad perpetuum nobis tri-
bue ꝓuenire ſubſidium. Per.
Diuini mune Poſt cōio.
ris largitate ſatiaſti: quę-
ſumus domine deus noſter: vt
intercedente beata Sabina
martyre tua: in eius ſemꝑ par-
ticipatione viuamus. Per do-
minum noſtrum. ¶ In ſancto- die 30.
rū marty. felicꝫ ꝛ adaucti. In.

SApientiam ſancto
rũ narrent populi:
⁊ laudes eorum nũ-
ciet eccleſia: nomia
autē eorũ viuent in ſęculũ ſęcu
ps. li. Ps. Exultate iuſti in dño: re-
32. ctos decet collaudatio. ℣. Glo
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpũi. Oratio.
MAieſtatem tuā, domine,
ſupplices depręcamur:
vt ſicut nos iugiter ſanctorum
tuorũ cōmemoratiōe lętificas:
ſap ita ſemper ſupplicatione defen
2 das. Per. Gra. Iuſtorũ ani-
mę in manu dei ſunt: ⁊ non tan
get illos tormentum malitię. ℣.
Viſi ſunt oculis inſipientium:
illi autē ſunt in pace. Alla. ℣.
ſap Fulgebunt iuſti: ⁊ tāq̃ ſcintil-
3. lę in arundinato diſcurrent in
ęternũ. Off. Lętamini in dño
⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini o-
mnes recti corde. Secreta
Hoſtias, domine, plebis
tuę intende: ⁊ quas in honore
ſanctorum tuorũ deuota mēte
celebratur: proficere ſibi ſenti-
ma ant ad ſalutē. Per dñz. Coio.
tth Quod dico vobis in tenebris:
10. dicite in lumine dicit dñs: ⁊ qd̓
in aure auditis: prędicate ſup
tecta. Poſt communio.
REpleti, domine, muneri-
bus ſacris: quęſumus: vt inter-
cedentibus ſanctis tuis: in gra
tiarum tuarũ ſemper actione
maneamus. Per. ¶ In ſanc-
torũ marty. xij. fratrũ. Oratio
FRaterna nos, dñe, mar-
tyrum tuorum corona lę-
tificet: quę ⁊ fidei noſtrę prębe
ant incrementa virtutũ: ⁊ mul
tiplici nos ſuffragio cōſoletur.
Per dominum nr̃z. Secreta.
ITerata myſteria, dñe,
pro ſanctorũ martyꝝ tuo
rum cōmemoratione d̓uota mē
te tractemus: quibus nobis ⁊
pręſidium creſcat ⁊ gaudium.
Per dominum nr̃m. Poſt cō.
PRęſta, q̄ſumus omnipo-
tens deus, vt quorũ me-
moriam ſacramenti participa-
tione recolimus: fidem quoq̃
proficiendo ſectemur. per dñz.
¶ In natiui. virg. marię. Int.
SAlue ſancta parēs
enixa puerpera re-
gem: qui cęlũ terrā-
q̃ regit in ſęcula ſę-
culorũ. Ps. Virgo dei genitrix
quem totus non capit orbis: in
tua ſe clauſit viſcera factus ho
mo. ℣. Gloria patri. Oratio.
FAmulis tuis, q̄ſumus do
mine, cęleſtis gratię mu-
nus impartire: vt quibus bea-
tę virginis partus extitit ſalu-
tis exordium: natiuitatis eius
votiua ſolēnitas: pacis tribuat
incrementum. per dominum.
Lectio libri ſapientię. ca. viij.

Dominus poſſedit me in initio viarū ſuarū: anteꝙ̄ quicꝙ̄ faceret à principio. Ab ęterno ordinata ſum: ⁊ ex antiquis: anteꝙ̄ terra fieret. Necdū erant abyſsi: ⁊ ego iam cōcepta erā. Necdū fontes aquarū eruperant: necdū montes graui mole cōſtiterāt. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terrā non fecerat ⁊ flumina: ⁊ cardines orbis terrę. Quādo pręparabat cęlos aderā. Quando certa lege ⁊ gyro vallabat abyſſos. Quando ęthera firmabat ſurſuꝫ: ⁊ librabat fontes aquarū. Quādo circundabat mari terminū ſuuꝫ: ⁊ legē ponebat aquis: ne tranſirent fines ſuos. Quando appēdebat fundamenta terrę: cū eo eram cuncta cōponens. Et delectabar ꝑ ſingulos dies ludens corā eo omni tempore: ludens in orbe terrarū: ⁊ delitię meę eſſe cū filijs hominū. Nūc ergo filij audite me. Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinā: ⁊ eſtote ſapiētes ⁊ nolite abijcere eam. Beatus vir qui audit me: ⁊ q̄ vigilat ad fores meas quotidie ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit inueniet vitā ⁊ hauriet ſalutē à dn̄o. Gra. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo maria: q̄ ſine tactu pudoris inuēta es mr̄ ſaluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix: quē totus nō capit orbis in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alla. ℣. Felix nam ꝙ̄ es ſacra virgo maria ⁊ oī laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię. Alla. ℣. Poſt partū virgo inuiolata permanſiſti dei genitrix intercede pro nob.

Initiū ſcti euāg. ſcdm matt. c. j.

Liber generationis Jeſu xp̄i: filij dauid: filij abraham. Abrahā genuit iſaac. Iſaac autem genuit iacob. Iacob autē genuit iudā ⁊ fratres eius. Judas autē genuit phares: ⁊ zaram de thamar. Phares autē genuit eſron. Eſrō autē genuit arā. Arā aūt genuit aminadab. Aminadab auteꝫ genuit naaſon. Naaſon autem genuit ſalmon. Salmon auteꝫ genuit booz de raab. Booz autē genuit obeth ex rubeth. Obet autē genuit ieſſe. Jeſſe aūt genuit dauid regē. Dauid autē rex genuit ſalomonem: ex ea quę fuit vrie. Salomon autem genuit roboam. Roboam aūt genuit abiā. Abias aūt genuit aſa. Aſa aūt genuit ioſaphat. Joſaphat aūt genuit iorā. Jorā aūt gēuit oziā. Ozias āt genuit ioathā. Joathā āt genuit achaz: achaz āt gēuit ezechiā.

Ezechias autez genuit mana
ſſen. Manaſſes autem genuit
amon. Amon autem genuit io
ſiam. Joſias autē genuit iecho
niam ⁊ fratres eius: in tranſmi
gratione babylonis. Et poſt
traſmigrationem babylonis:
iechōias genuit ſalathiel. Sa
lathiel autē genuit zorobabel.
Zorobabel aūt genuit abiud.
Abiud autē genuit eliachim.
Eliachim autem genuit azor.
Azor autē genuit ſadoch. Sa
doch autē genuit achim. Achī
autem genuit eliud. Eliud au-
tē genuit eleazar. Eleazar au
tē genuit mathā. Mathā aūt
genuit iacob. Jacob autem ge
nuit ioſeph virū Marię. De
qua natus eſt Jeſus: qui voca
tur chriſtus. Offer. Beata es
virgo maria: quę omnium por-
taſti creatorē: genuiſti qui te fe
cit: ⁊ in ęternuz permanes vir
go. Alia offer. Aue maria
gratia plena dominus tecum:
benedicta tu in mulierib⁹ ⁊ bñ
dict⁹ fructus vētris tui. Secr.
Unigeniti tui, domine, no-
bis ſuccurrat humanitas
vt qui natus es de virgine: ma
tris integritatem non minuit:
ſed ſacrauit: in natiuitatis eius
ſolēnijs à noſtris nos piaculis
exuens: oblationem noſtram ſi
bi faciat acceptam: Jeſus chri
ſtus dominus noſter. Qui. Co
munio. Beata viſcera marię
virginis: quę portauerunt ęter
ni patris filiū. Poſt cōmunio.
Sumpſimus, domine cęle
britatis annuę votiua ſa-
cramenta: p̄ſta quęſumus: vt
tēporalis vitę nobis remedia Die.
prębeant ⁊ eternę. Per dñm. 9.
¶ In ſcti gorgonij marty. Int.
Gloria ⁊ honore co- p̄s.
ronaſti euz domine: 8
⁊ conſtituiſti eum ſu
per opera manuum
tuarū. Ps. Domine dñs noſter ibi.
q̄z admirabile eſt nomen tuuz
i vniuerſa terra. ℣. Gl'ia. Oro.
Sanctus tu⁹, domine gor
gonius ſua nos interceſ-
ſione lętificet: ⁊ pia faciat ſolē-
nitate gaudere. Per d. Grad. p̄s.
Gloria ⁊ honore coronaſti eū. 8
℣. Et conſtituiſti eum ſup opa ibi.
manuum tuarū. Alla. ℣. Po p̄s.
ſuiſti domine ſuper caput eius 20.
coronā de lapide pretioſo. Of
ferto. Poſuiſti dñe i capite ei⁹: ibi.
coronā de lapide pretioſo: vitā
petijt à te ⁊ tribuiſti ei. Secre.
Grata tibi ſit, domine, no-
ſtrę ſeruitutis oblatio: p
qua ſanctus gorgonius mar-
tyr īteruentor exiſtat. Per do-
minum noſtrum Jeſum xp̄m.
Cōmunio. Poſuiſti domine i
capite eius: coronam de lapi-

de pretioſo. Poſt communio.

FAmiliam tuā deus ſuauitas eterna contingat ⁊ vegetet: que ī martyre tuo gorgonio: xp̄i tui bono iugiter odore paſcatur. Per eundē dominuz noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſclorum.

¶ Benedictio panis ſancti Nicolai de tolentino ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini. Quando proceditur ad panez bn̄dicenduz: in primis ceroferarij: deinde ſubdiaconus cuz cruce: ⁊ ſacerdos cuz pluuiali: ⁊ diaconus indutus: ſacerdotes vero cum cottis coruz ſeu fratres cum cappis nigris bini ⁊ bini ī cedant proceſſionaliter: ⁊ cantent hymnum in tono. Ut queāt laxz.

TE canūt omnes nicolae gentes: te pij patres: ſimul atq; matres: voce te colūt pueri corōa: vota ſoluūt. Offerunt ceci reſonantq; muti: quos tuo cunctos ope liberaſti: mira decantant tua facta claudi laude perhenni. Fruti per te maris à periculis: quoſq; tu morbis varijs grauatos: mille ſanati tua magna cuncti dona fatētur. Quoſq; vexatos bonos expiaſti: demonum dira feritate quoſq; cōſequi rurſuz veterz dediſti lumina vite. Magne celeſtis habitator aule: magne qui tantum tribuit ſupernis poſſe: quem totum dominator alti auxit olympi. Laus patri ſancto genitoq; ſemper: qui què procedit deus ex vtroquê ſpiritus ſanctus: deus vnus idem laus ſibi ſemper. Amen.

¶ Cum autem peruenerit ad locum: tunc ſubdiaconus incipiet cantare epiſtolam. ¶ Lectio libri regum. iij. Capi. xvij.

IN diebus illis. Factus eſt ſermo domini ad Heliam theſbitem dicens. Surge ⁊ vade in ſareptam ſidoniorū: ⁊ manebis ibi: precepi enim ibi mulieri vidue: vt paſcat te. Surrexit: ⁊ abijt in ſareptam. Cumq; veniſſet ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligens ligna: ⁊ vocauit eam: dixitquè ei. Da mihi paululum aque in vaſe: vt bibam. Cumq; illi pergeret vt afferret. Clamauit poſt terguz eius dicens. Affer mihi obſecro ⁊ bucellaz panis in manu tua. Que reſpōdit. Uiuit dominus deus: quia non habeo panem niſi quantū pugillus capere poteſt farine ī hydria: ⁊ paululum olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar: ⁊ faciam illud mihi: et filio meo: vt comeda-

mus ⁊ moriamur. Ad quā he-
lias ait. Noli timere: ſed vade:
fac ſicut dixiſti. Ueruntamē
mihi primū fac de ipſa farinu-
la ſuccinericium panē paruulū
⁊ affer ad me: tibi autem ⁊ filio
tuo facies poſtea. Hec autē di
cit dñs deus Iſraël. Hydria
farinę nō deficiet: nec lechitus
olei minuetur: vſque in diem: in
qua daturus eſt dñs pluuiā ſu-
per faciem terrę. Quę abijt: ⁊
fecit iuxta verbū helię. Et co-
medit ipſe: ⁊ illa: ⁊ domus eius
tota. Et ex illa die: hydria fari
ne nō deficit: ⁊ lechitus olei nō
eſt īminutus: iuxta verbū dñi:
quod locutus fuerat in manu
helie. Cantores vero incipiāt:
℟. Comedetis carnes: ⁊ ſatu
rabimini panibus. Iſte eſt pa-
nis quē dedit vobis dñs ad ve-
ſcendum. ℣. Nō moyſes dedit
vobis panez de cęlo: ſed pater
meus dat vobis panez de cęlo
veruz. Iſte eſt. Interim diaco-
nus accepit bñdictionez ſi can
tat euan. Seqñtia ſancti euan
geli. ſecundum Ioānem ca. vj.

In illo tpe. Abijt Ieſus
trans mare galilęę: quod
eſt tyberiadis ⁊ ſequebatur eū
multitudo magna qꝛ videbant
ſigna que faciebat ſuper his q̄
infirmabātur. Subijt ergo in
montē ieſus: ⁊ ibi ſedebat cum
diſcipulis ſuis. Erat autē ꝓxi-
muz paſcha dies feſtūs iudęo-
rum. Cum ſubleuaſſet ergo o-
culos Ieſus: ⁊ vidiſſet: qꝛ mul-
titudo magna venit ad eū dicit
ad philippum. Unde emem⁹
panes vt mãducent hi? Hoc au
tez dicebat tētans eū. Ipſe enī
ſciebat quid eſſet factur⁹. Reſ
pondit ei philipp⁹. Ducento-
rum denarioꝝ panes nō ſuffici
unt eis vt vnuſquiſque modicū
quid accipiat. Dicit ei vnus ex
diſcipulis eius: andreas frater
ſymonis petri. Et puer vnus
hīc qui habet quinq̃ panes or
deaceos: ⁊ duos piſces. Sed
hęc q̄d ſunt inter tantos? Di-
cit ergo ieſus. Facite homines
diſcūbere. Erat autē fenū mul
tum in loco. Diſcubuerunt er-
go viri numero quaſi quīq̃ mi
lia. Accepit ergo ieſus panes:
⁊ cū grās egiſſet: diſtribuit di-
ſcūbentibus. Similiter ⁊ ex pi-
ſcibus quantū volebāt. Ut aūt
impleti ſunt dixit diſcipulis ſuꝫ
Colligete q̄ ſuperauerunt fra-
gmenta ne pereant. College-
rūt ergo ⁊ ipleuerunt duodecī
cophinos fragmētoꝝ: ex quin
q̃ panibus ordeaceis: q̄ ſuper
fuerūt his q̄ manducauerant.
Illi ergo homines cū vidiſſent
quod fecerat ieſus ſignū dice-
bāt. Quia hic eſt vere ꝓphe

ta: qui venturus eſt in mundū.
Cōpleto vero cātores cantāt.
℟. Reſpexit helias ad caput
ſuū ſubcinericium panem: qui
ſurgens comedit ⁊ bibit. Et ā
bulauit in fortitudine cibi illi⁹
vſqꝫ ad mōtē dei. ℣. Siquꝫ mā
ducauerit ex hoc pane: viuet ī
eternum. Et ambulauit. Do-
minus vobiſcum. Oremus.
Domine ieſu chriſte q̄ be-
nedixiſti quinque panes
in deſerto: multiplica ſup fide-
les tuos miſericordiam tue pie
tatis: quemadmodū feciſti cuꝫ
patribus noſtris in tua miſeri-
cordia ſperantibus: ⁊ bene ✠
dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digne-
ris hanc creaturā panis: quā
ad vſum ſubditorū fidelium tri
buiſti: quaten⁹ a quacūqꝫ ſum-
ptus fuerit: benedi ✠ ctionis
tue opulentia repleatur: ⁊ gra
tiarum actione per te in viſce-
ribus ipſorum ſanctificetur. p
chriſtum. ℟. Amen. Oremus
Domine ſancte pr̄ omni-
potens ſempiterne deus,
qui p potentiā tuam panē iſtuꝫ
in forma viſibili tribuiſti: ⁊ ma-
gnitudinis largitatꝫ tue huma
nꝫ vſib⁹ emanare de ſegete iuſ
ſiſti: te ſuppliciter exoram⁹: vt
hunc panē: quē negligētia no-
ſtra polluit: ſancti ſpiritus gra
tia ad munditiā reuocet: ⁊ ſan-
ti ✠ ficet: mundet ac purificet:
⁊ turpitudo callidi hoſtis ab-
ſcedat ac familie tue deinceps
cuꝫ benedictione comeſtibus
tribuatur: ⁊ comedētium mun
dentur corda: ⁊ corpora ipſorꝫ
p tuam gratiaꝫ ſanctificentur.
Per chriſtum dn̄m. Oremus.
Precamur domine deus
tue pietatis clementiam
vt panem iſtum celeſti benedi-
ctione ſanctifices: ⁊ ita ex hoc
fugare digneris omnem diabo
lice tentationis curſum: vt qui-
cūqꝫ ex hoc comederit: totius
virtutis ⁊ ſanitatis dulcedine
perfruatur: ⁊ tibi ſanctificato-
ri ac ſaluatori omniuꝫ gratias
cum gaudio ⁊ leticia agere me
reatur. Per chriſtū. Oremns.
Te igitur domine ſuppli-
citer deprecamur: vt be-
nedicere ⁊ ſanctificare digne-
ris hanc creaturam panis: vt
quicūqꝫ ex eo guſtauerit: p dile
ctionem dilecti tui nicolai de to
lentino: conſequatnr vitam e-
ternam: ⁊ extingue ab omnib⁹
digne ſumentibus: ſiquid vene
ni: ſiquid mortifere opationis:
cōtractum fuerit ⁊ clementer
eos d̄fende. Per xp̄ꝫ. Orem⁹.
Deus ⁊ pater domini no-
ſtri Jeſu Chriſti cuius
verbo celi firmati ſunt: cui o-
mnia ſubdita ſunt: cui oīs crea

tura deſeruit: ⁊ poteſtas ſubiecta eſt metuit ⁊ expaueſcit nos te ad auxiliũ ꝓuocamus: cuiꝰ audito noīe ſerpēs cōquieſcit: draco fugit: ſilet vipera: ⁊ oīa venēata: ⁊ adhuc fortia aīalia reptātia noxia terrētur: ⁊ oēs aduerſe ſalutis humane radices areſcūt: ergo dñe ſuppliciter deprecamur: vt bñ✠dicere ⁊ ſancti✠ficare digneꝛ hāc creaturam panis vt quiſq̄ ex hoc comederit: ꝑ interceſsiōeꝫ dilecti tui nicolai de tolentino vitam eternā cōſequatur. per.

Oro. Populũ tuũ dñe que ſumpſimus ſacramēta cuſtodiāt: ⁊ qui ſancti nicolai d̄ tolentino confeſſoris tui iugiter īplorant auxiliũ: petitionũ ſuarum ſalutarem conſequantur effectũ per. ¶ Cōpletis omnibus aſpergantur ⁊ incēſentur: poſteà fit diſtributio. Fratres verò bini ⁊ bini humiliter accedant ad ſacerdotem cum deuotione: ⁊ ſuſcipiant paneꝫ: laici verò poſteà. Et illum ponant in aliquo pāno lineo mundo cū reuerentia ⁊ deuotione. Interim ꝙ fit diſtributio in populo preſbyteri ſeu fratres cantant hymnũ ſancti nicolai. Laudibus ſummis celebramus oēs. Antono. Ut queant laxis. prout habes in breuiario. poſteà añ. eius. Nicolaus verus chriſti pauper virgo à deo electus obedientiam iugiter ſeruans heremitarum ordinem ſignis ⁊ virtutibus decorauit. Cōpleta diſtributione ſacerdotes cātant alta voce. ℣. Panem celi dedit eꝫ. Alleluia. alla. ℟. Panem angeloruꝫ mādučauit homo. Alla. Gloria. ℣. Educas paneꝫ de celo. Alleluia. ℟. Et vinum letificet cor hominis. ℣. Dominus vobiſcum. Oro.

Concede queſumꝰ omnipotens deus: vt eccleſia tua que in fine ſeculorum: ineffabili ꝓuidentia tua: beati nicolai cōfeſſoris tui virtutum ⁊ miraculoruꝫ magnitudine coruſcat: ipſius meritis ⁊ interceſſione eliminatis erroribus in pace ac vnitate letemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui te cum. Cum maxima reuerētia tenebis hunc panem in domo ꝓ occurrentibus neceſſitatibꝰ: quia ab eugenio papa laudata fuit huiuſmodi benedictio. ¶ In ſcī nicolai de tolētino cōf. In.

Dedit dominus cōfeſsione ſancto ſuo: ⁊ excelſo: in verbo glorie: de omni corde ſuo laudauit dominum ⁊ dilexit eum qui fecit illum. pſal. Ecle. 10.

Bonum eſt confiteri domino ⁊ pſallere nomini tuo altiſsime. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Concede, queſumus oṗs deus: vt eccleſia tua: que in fine ſeculorū ineffabili proui dentia: beacti nicolai cōfeſſoris tui virtutū ⁊ miraculorū magnitudine coruſcat: ipſius meritis ⁊ interceſsione: eliminatis erroribus: perpetua pace ac vnitate letetur. Per dominum. Jeſum Chriſtum filium tuum Qui tecum viuit ⁊ regnat. ⁊c.

Lectio libri ſapiētie. capi. xlv.

Dilectus deo ⁊ hominib⁹: cuius memoria in benedictione eſt. Similē illū fecit in gl'ia ſctōꝝ ⁊ magnificauit eū in timore inimicoꝝ ⁊ i ṽbis ſuis mōſtra placauit. Glorificauit eū i cōſpectu regū: ⁊ vnxit illum corā populo ſuo: ⁊ oſtēdit illi gloriā ſuā. In fide ⁊ lenitate ipſius ſctū fecit illū: ⁊ elegit eum ex oī carne. Audiuit enim vocem ipſius ⁊ induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta: ⁊ legē vite ⁊ diſcipline. Gr.

In lege domini fuit voluntas eius die ac nocte. ℣. Predicās preceptum domini: conſtitut⁹ eſt in monte ſancto ei⁹. Alla. ℣. Hic nicola⁹ auguſtini veſtigia ſeruans: miraculis clarus: poſsidet celeſtia regna. Alla.

℣. Nicolaus hic accenſus fuit ſacro pneumati nec fuit offenſ⁹ quiſq̄ verbo illius aut opere.

Sequentia ſancti euāgelii ſm Matthēum capite. xix.

In illo tpe. Dixit ſymon petrus ad ieſum. Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ ſecuti ſum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jeſus autē dixit illis. Amen dico vobis: q̄ vos q̄ ſecuti eſtis me: in regeneratione cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis: ⁊ vos ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹ Iſraël. Et oīs q̄ reliquerit domū vel frēs: aut ſorores: aut patrē: aut matrē aut vxorē aut filios: aut agros ꝑpter nomē meū cētuplū accipiet: ⁊ vitā eternā poſsidebit. ⁊ dicitur Credo. Offert.

Letentur omnes qui ſperāt in te dñe quoniam tu bñdixiſti iuſto ſcuto bone voluntatis tue coronaſti eū.

Ut grata tibi ſint (Sec. que ꝓ ſancti Nicolai veneratione offerimus munera: omnipotens deus: queſumus vt pietatis ⁊ religionis ſue nos facias amatores. Per dominū noſtrum Jeſum chriſtum filiū.

Cōio. In fide ⁊ lenitate ipſius magnificauit dñs ſanctū ſuum: ⁊ nomen ei⁹ reqretur à generatiōe in gñrationē Poſtcōi.

POpulum tuum, dñe, que
ſumpſimus ſacramēta cu
ſtodiāt: ꝛ qui ſancti nicolai con
feſſoꝛis tui iugiter īploꝛant au
xiliū: petitionum ſuaruꝫ ſaluta
rem cōſequantur effectū. Per
die. 11. dominum. ¶ In ſanctoꝝ mar
tyꝛum prothi ꝛ hiacīthi. Intr.

IUdicāt ſancti gen
ſap. 3. tes: dominātur po-
pulis: ꝛ regnabit do
minus deus illoꝝum
in perpetuū. ps. Exultate iuſti
in domino: rectos decet collau
datio. ℣. Gloꝛia patri. Oꝛatio

BEatoꝝū prothi ꝛ hiacin-
thi nos domine, foueāt p̄-
tioſa confeſſio: ꝛ pia iugiter in
ps. 146 terceſſio tueat̄. Per dominū.
Grad. Exultabūt ſancti ī glo-
ria: letabuntur in cubilib⁹ ſuis
ibi. ℣. Cantate domino canticum
nouum: laus eius ī eccleſia ſan
ps. 115. ctoꝝum. Alla. ℣. Pꝛetioſa in
conſpectu dñi: moꝛs ſanctoꝝuꝫ
ps. 5. eius. Offertoꝛiū. Gloꝛiabun-
tur in te omnes qui diligūt no
men tuuꝫ: quoniam tu domine
bñdices iuſto: dñe vt ſcuto bōe
voluntatis tue coꝛonaſti nos.

PRo ſanctoꝝum mar Sec
tyꝛum tuoꝝum prothi et
hyacinthi commemoꝛatione:
munera tibi domine que debe
mus exoluimus: pꝛeſta queſu-
mus: vt remedium nobis per-
petue ſalutis operentur. Per ps. 123.
dominum. Coio. Anima no-
ſtra ſicut paſſer erepta eſt ð la
queo venantiū. Poſt cōmunio

VT percepta nos, domine
tua ſancta purificēt: bea-
toꝝum pꝛothi ꝛ hyacinthi, que
ſumus imploꝛet oꝛatio. Per. die. 14.
¶ In exaltatiōe ſctē crucꝫ. int

NOs autem gloꝛiari
opoꝛtet: in cruce do-
mini noſtri ieſu chꝛi-
ſti: in quo eſt ſal⁹: vi-
ta: ꝛ reſurrectio noſtra: p̄ queꝫ
ſaluati ꝛ liberati ſum⁹. ps. De ps.
us miſereatur noſtri ꝛ benedi- 99.
cat nobis: illuminet vultum ſu
um ſuper nos ꝛ miſereatur no
ſtri. ℣. Gloꝛia patri. Oꝛatio.

DEus q̄ nos hodierna die
exaltationis ſancte crucꝫ
annua ſolēnitate letificas: pꝛe
ſta queſumus: vt cuius myſte-
rium in terra cognouimus: ei⁹
redemptionis pꝛemia in celo
mereamur. Per eundem dñꝫ.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Philippē. capi. ij.

FRatres. Chꝛiſtus fact⁹
eſt pro nobis obediens:
vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtem autē
crucis. Propter quod ꝛ deus
exaltauit illum: ꝛ donauit illi
nomen: quod eſt ſuper omne
nomen: vt in nomine Ieſu
omne genu flectatur: celeſti-

um:terreſtrium, ⁊ infernorum: ⁊ oīs lingua confiteatur: qꝛ do minus Jeſus xp̄s in gloria eſt
Phi dei patris. Grad. Chriſtꝰ fa-
lip. ctus eſt pro nobis obediēs: vſ-
2 que ad mortem mortē autē cru
ibi. cis. ℣. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ dedit illi no- men qđ eſt ſuper omne nomē. Alla. ℣. Dulce lignū: dulces clauos: dulcia ferens pōdera: q̄ ſola fuiſti digna ſuſtinere re- gem celorum ⁊ dn̄m. Alla. ℣. Nos autē gloriari oportet: in cruce dn̄i noſtri Jeſu xp̄i. Se- quentia ſancti euangelij ſecū- dūm Joannem. cap. xij.

In illo tempore. Dixit ie- ſus turbis iudeorum. Nūc iudi cium eſt mundi: nūc princeps mūdi huiꝰ eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra: omnia trahā ad me ipſuz: hoc autem dicebat ſignificans: q̄ morte eſſet moriturus. Reſpō dit ei turba. Nos audiuimꝰ ex lege: qꝛ chriſtus manet in eter num. Et quomodo tu dicis: o- portet exaltari filium hominis Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habe- tis: vt non tenebre vos cōpre- hendant. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quò vadat. Dū lucem habetis: credite in lucē: vt filij lucis ſitis. Offertoriū.

Protege domine plebē tuam per ſignum ſctē crucis: ab oī- bus inſidijs inimicoꝝ omniuz: vt tibi gratam exibeamus ſer- uitutem: ⁊ acceptabile fiat ſa- crificium noſtrum. alla. Sec.

Jeſu chriſti domini noſtri corpore ⁊ ſanguine ſatiā- di: per quem crucis eſt ſanctifi catum vexillum: queſumus do mine deus noſter: vt ſicut illud adorare meruimus: ita perhē- niter eius glorie ſalutaris poti amur effectu. Per eū. Prefa- tio. Eterne deus. Qui ſalutez humani generis. Comunio.

Per ſignum crucis: de inimicis noſtris libera nos deus noſter

Adeſto nobis (Poſt cōio. dn̄e deus noſter ⁊ quos ſancte Crucis letari feciſti ho nore: eius quoquē perpetuis defende ſubſidijs. Per dn̄m.

¶ In ſanctoꝝ martyrū corne lij ⁊ Cypriani. Oratio.

Beatorum martyrum pa riterq; pontificū cornelij ⁊ cy- priani: nos queſumus domine feſta tueantur: ⁊ eorum cōmen det oratio veneranda. per do.

Adeſto domine (Secre. ſupplicationibus noſtris quas in ſanctorum tuorum cō- memoratione deferimus: vt q̄

noſtre iuſticie fiduciam nō ha-
bem⁹ eorū qui tibi placuerunt
meritis adiuuemur. p. Poſt c.
QUeſumus domine ſaluta
ribus repleti myſterijs: vt
quorū ſolēnia celebram⁹ eorū
orationibus adiuuemur. Per.
¶ In ſcti nicomedis mar. Int.
STabitur iuſtus in
domino ꝛ ſperabit ī
ps. 63. eo: ꝛ laudabūtur o-
mnes recti corde.
ps. 4. Ps. Exaudi deus orōnem meā
cum deprecor: à timore inimici
eripe animā meā. ℣. Gloria.
ADeſto dn̄e populo (orō.
tuo: ꝛ vt beati nicomedis
martyris tui merita p̄clara ſu-
ſcipiens: ad impetrādam miſe
ricordiam tuā: ſemper eius pa
trocinijs adiuuemur. p. Grad.
ps. 20. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius
coronā d̄ lapide p̄cioſo. ℣. De
ſideriū anime eius tribuiſti ei:
ꝛ voluntate labiorꝝ ei⁹ nō frau
ps. 8. daſti eum. All'a. ℣. Gloria ꝛ
honore coronaſti eū domine.
ps. 20. Offert. In virtute tua domi-
ne letabitur iuſtus: ꝛ ſup ſalu-
tare tuū exultabit vehemēter
d̄ſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei. ſec.
SUſcipe domine munera
propiti⁹ oblata: q̄ maie-
ma ſtati tue: beati nicomedis mar
thi. tyris tui cōmendet orō. Per.
16. Communio. Qui vult venire
poſt me abneget ſemetipſū: ꝛ
tollat crucē ſuā: ꝛ ſequatur me.
PUrificēt nos (Poſt cō.
domine ſacramenta que
ſumpſimus: ꝛ intercedēte bea
to nicomede martyre tuo: a cū
ctis efficiant vitijs abſolutos.
Per. ¶ In ſanctorꝝ martyrū
lucie ꝛ geminiani: ꝛ ſancte eu-
femie virginis ꝛ marty. Orō.
PReſta dn̄e p̄cibus noſtris
cū exultatione ꝓuētum:
vt quorum diē paſſionis: ānua
deuotione recolim⁹: etiā fidei
cōſtantiam ſubſeq̄mur. p. Sec.
UOta pp̄li tui queſumus
dn̄e propitiatus intēde: ꝛ
quorum nos tribuis ſolēnia ce
lebrare: fac gaudere ſuffragijs
EXaudi dn̄e (per. poſt cō.
p̄ces noſtras: ꝛ ſanctorꝝ
tuorum quorꝝ feſta ſolēniter ce
lebram⁹ cōtinuū foueamur au-
xilijs. p. ¶ In feſto ſacrorꝝ ſti- die.
gmatū btī Franciſci. Introit. 4.
NOs autem gloriari
oportet: in cruce do-
mini noſtri ieſu chri-
ſti: in quo eſt ſal⁹: vi-
ta: ꝛ reſurrectio noſtra: p quē
ſaluati ꝛ liberati ſum⁹. ps. De
us miſereatur noſtri ꝛ benedi- ps.
cat nobis: illuminet vultum ſu 66.
um ſuper nos ꝛ miſereatur no
ſtri. ℣. Gloria. Oratio.
DEus q̄ mira crucis myſte-

ria in beato franciſco: confeſſo
re tuo: multifoꝛmiter demon-
ſtraſti: da nobis queſumus: de
uotionis ſuę ſemper exempla
ſectari: ⁊ aſsidua eiuſdem cru-
cis meditatione muniri. Per.
Epiſtola. Mihi autem abſit
gloꝛiari. Require in feſto eius
Gra. Os iuſti meditabitur ſa-
ps. 36. pientiam: ⁊ lingua eius loque
ibi. tur iudicium. V. Lex dei eius ĩ
coꝛde ipſius: ⁊ non ſupplanta-
buntur greſſus eius. Allelu-
ia. V. Chꝛiſto confixus ſuꝫ cru
ci viuo autem iam non ego vi-
uit verò in me chꝛiſtus. Sequē-
tia ſancti euangelij ſecundum
Mattheum capite. xvj.
In illo tempoꝛe Dixit ie-
ſus diſcipulis ſuis. Si quꝫ vult
venire poſt me: abneget ſemet
ipſum: ⁊ tollat crucem ſuam: ⁊
ſequatur me. Qui enim volue-
rit animam ſuam ſaluam face-
re: perdet eam. Qui autē ꝑdi-
derit animam ſuā ꝓpter me ĩ
ueniet eam. Quid enim ꝓdeſt
homini ſi vniuerſum mūdū lu-
cretur animę verò ſuę detrimē
tum patiatur? Aut quam da-
bit homo cōmutationem ꝓ a-
nima ſua? Filius enim hominꝫ
venturus eſt in gloꝛia patris
ſui cum angelis ſuis: ⁊ tūc red-
det vnicuiqꝫ ſꝫ opa ſua. Amē
dico vobis: ſunt quidam de hic

ſtantibus: qui non guſtabunt
moꝛtem: donec videant filium
hominꝫ venientē in regno ſuo.
Offerto. Deſiderium animę ps. 20.
eius tribuiſti ei dñe ⁊ volunta-
te labioꝛum eius nō fraudaſti:
eum: poſuiſti in capite eius co-
ronam de lapide pꝛecioſo. Sec.
Adſit nobis, q̄s domine,
Jeſu xp̄e: beatiſsimi pa-
tris noſtri franciſci: pia humi-
lis: ⁊ deuota ſupplicatio: in cu-
ius carne ꝓrogatiua mirabili:
paſsionꝫ tuę ſacra ſtigmata re
nouaſti: ⁊ pꝛeſta: vt virtute pꝛę
ſentis oblationis tuę paſsionꝫ
circa nos beneficia iugiter ſen
tiamꝰ. Qui vi. Cōio. Qui vult matth. 16.
venire poſt me: abneget ſemet
ipſum: ⁊ tollat crucem ſuam: ⁊
ſequatur me. Poſt cōmunio.
Omnipotēs ſempiterne deus
qui frigeſcēte mūdo: ad
inflamandum coꝛda noſtra: in
carne beatiſsimi patris noſtri
franciſci: paſsionꝫ tuę ſacraſti-
gmata renouaſti: concede pꝛo-
pitius: vt eius meritis ⁊ pꝛeci-
bus: dignos fructus peniten- die. 20.
tię faciamus. Qui. ¶ In vigi-
lia ſcti matth. apli ⁊ euā. Intr.
Ego autem ſicut oli-
ua fructificaui in do ps. 51.
mo dñi ſperaui in mi
ſericoꝛdia dei mei: ⁊
expectabo nomen tuum: quo-

niā bonū eſt ante conſpectum
ps. ſctōrū tuoꝝ. ps. Quid gl'iaris
51. in malitia: q̄ potēs es in iniq̄ta
te. ℣. Gloria patri ⁊. Oratio.
D El nobis queſum⁹ oīpo-
tens deus: vt bti matthei
apoſtoli tui ⁊ euangeliſte: quā
ꝑuenim⁹ veneranda ſolēnitas:
⁊ deuotionē nobꝫ augeat ⁊ ſa-
lutē. p. Lcō libri ſapiētie. c. iij.
B Eat⁹ homo q̄ inuenit ſa-
pientiā: ⁊ q̄ affluit prudē
tia. Melior eſt acq̄ſitio ei⁹ ne-
gociatiōe argēti ⁊ auri ꝑmi: ⁊
puriſsimi. Fruct⁹ eius pretio-
ſior eſt cūctis opib⁹: ⁊ oīa que
deſiderantur: huic nō valēt cō
pari. Lōgitudo dieꝝ i dextera
ei⁹: ⁊ i ſiniſtra illi⁹ diuitie ⁊ gl'ia
Uie ei⁹ vie pulchre: ⁊ oēs ſemi
te illi⁹ pacifice. Lignū vite ē hꝫ
q̄ apꝑhēderit eā: ⁊ q̄ tenuerit
eā btūs. Dn̄s ſapia fūdauit ter
rā: ⁊ ſtabiliuit celos prudētia.
Sapia illi⁹ eruperūt abyſſi: ⁊
nubes rore cōcreſcunt. Grad.
ps. I uſt⁹ vt palma florebit: ſicut
91. cedrus libani multiplicabitur
in domo dn̄i. ℣. Ad ānuncian
dū mane miam tuā: ⁊ veritatē
tuā ꝑ noctē. Seq̄ntia ſancti
euāgelij ſm Lucam. capi. v.
I N illo tpe. Uidit ieſus pu
blicanū nomine leui: ſedē
tem ad theloneū: ⁊ ait illi. Seq̄
re me. Et relictꝫ oībus: ſurgēs
ſecutus eſt eum. Et fecit ei con
uiuiuꝫ magnū leui i domo ſua.
Et erat turba multa publica-
norū: ⁊ aliorum qui cū illis erāt
diſcūbentes. Et murmurabāt
phariſei ⁊ ſcribe eorum: dicen-
tes ad diſcipulos ei⁹. Quare
cum publicanis ⁊ peccatorib⁹
manducatis ⁊ bibitis? Et reſ-
pondens ieſus dixit ad illos.
Non egent qui ſani ſunt medi-
co: ſed qui male habent. Non
eni veni vocare iuſtos: ſed pec ps.
catores ad penitentiā. Offer 8
torium. Gloria ⁊ honore coro-
naſti eum: ⁊ cōſtituiſti eum ſup
opera manuū tuarum domine
A Poſtolice reue (Secre.
rentie culmen offerimus:
ſacris miſterijs ībuendum: pre
ſta que ſumus domine: vt beati
Matthei euangeliſte ſuffra-
gijs: cuius natalitia preueni-
mus: hec plebs tua ſemper: ⁊
ſua vota depromat: ⁊ deſidera
ta percipiat. Per dn̄m noſtrū
Jeſum chriſtum filium. Cōio.
Poſuiſti domine in capite ei⁹: ps.
coronā d lapide ꝓcioſo. poſt c. 20.
B Eati matthei euangeli-
ſte, queſum⁹ domine, ſup
plicatione placatus: ⁊ veniam
nobis tribue ⁊ remedia ſempi
terna concede. Per dominum
noſtrum Jeſum chriſtum filiū
tuum. Qui te cum viuit ⁊ reg.

¶ In ſancti Matthei apoſto
die. li ꝛ euangeliſte. Introitus.
21. Ps. 36. OS iuſti meditabit̃ ſa
pientiã ꝛ lingua ei⁹
loquetur iuditiũ: lex
dei eius in corde ip-
ibi. ſius. Ps. Noli emulari in mali-
gnantibus neq; zelaueris faci
entes iniquitatẽ. v. Gloria. Oro
BEati euangeliſte Mat-
thei domine precibus ad
iuuemur: vt quod poſsibilitas
noſtra non obtinet: eius nobis
interceſsione donetur. Per d.
Lectio ezechielis ꝓphete. c. j.
SImilitudo vult⁹ q̃ttuoꝛ a
nimaliũ: facies homĩꝫ
ꝛ facies leonis à dextris ipſoꝝ
quattuoꝛ. Facies autem bouꝫ
à ſiniſtris ipſoꝛum quattuoꝛ:
ꝛ facies aquile de ſuper ipſoꝛũ
quattuoꝛ. Et facies eoꝛũ ꝛ pẽ
ne eoꝛum extente deſup. Due
penne ſinguloꝛuꝫ iũgebantur:
ꝛ due tegebant coꝛpoꝛa eoꝛuꝫ.
Et vnunquodq; eoꝛum: coꝛaꝫ
facie ſua ambulabat. Ubi erat
impetus ſpiritus: illuc gradie
bantur: nec reuertebantur cũ
ãbularent. Et ſimilitudo aĩali
um: ꝛ aſpectus eoꝛũ quaſi car-
bonum ignis ardentiuꝫ: ꝛ qua
ſi aſpectus lampadaruꝫ. Hec
erat viſio diſcurrens in medio
animalium: ſplendoꝛ ignis: ꝛ d̃
igne fulgur egrediens. Et aĩa
lia ibant ꝛ reuertebantur in ſi
militudinem fulguris coꝛruſcã
tis. Gradua. Beatus vir qui Ps. 111.
timet dominũ: in mandatis ei⁹
cupit nimis. v. Potens in ter-
ra erit ſemẽ eius: generatio re
ctoꝛuꝫ benedicetur. Alleluia.
v. Te glorioſus apoſtoloꝛum
choꝛus laudat domine. Seqn̄
tia ſancti euangelij ſecundum
Mattheum. capite. ix.
IN illo tempoꝛe. Uidit ie-
ſus hominem ſedentem in the
loneo: mattheum noĩe: ꝛ ait il-
li. Sequere me. Et ſurgẽs ſe-
cutus eſt eũ. Et factum eſt di-
ſcumbẽte eo in domo: ecce mul
ti publicani ꝛ peccatoꝛes veni
entes: diſcumbebãt cũ ieſu ꝛ di
ſcipulis eius. Et vidẽtes pha-
riſei dicebant diſcipulis eius:
Quare cũ publicanis ꝛ pecca
toꝛibus: mãducat magiſter ve
ſter? At ieſus audiens ait. Nõ
eſt opus valentibus medicus:
ſed male habentibus. Euntes
autẽ diſcite: quid eſt: miſericoꝛ-
diã volo: ꝛ nõ ſacrificiũ. Nõ eni
veni vocare iuſtos ſed peccato
res. Offert. Poſuiſti dñe in ca Ps. 20.
pite eius: coꝛonã de lapide pꝛe
cioſo: vitam petijt à te: ꝛ tribui
ſti ei. alleluia. Secreta.
SUpplicationibus apoſto
licis beati Matthei euangeli
ſte: queſumus domine eccleſie

tuę cōmendetur oblatio: cuius
magnificis pꝛedicationibus e-
ruditur. Per. Coio. Magna
ps. 20. eſt gloꝛia eius ī ſalutari tuo: glo
riam ⁊ magnum decoꝛem ipo-
nes ſup eū dñe. Poſt cōmunio
PErceptis, domine, ſacra-
mentis: beato matthęo a
poſtolo tuo ⁊ euangeliſta inter
ueniente: depꝛęcamur: vt quę
pꝛo eius celebꝛata ſunt gloꝛia:
nobis pꝛoficiant ad medelam.
Per dñm. ¶ In ſanctoꝛū mar
tyr. mauricij ⁊ ſocioꝝ ei9. Oꝛo
ANnue, q̄ſumus omnipo-
tēs deus: vt ſanctoꝛū mar
tyꝛū tuoꝛū mauricij ⁊ ſocioꝛum
eius: nos lętificet feſtiua ſolēni
tas: vt quoꝛū ſuffragiȝ nitimur
eoꝛū natalitijs gloꝛiemur. Per
dominum nrm. Secreta
REſpice, quęſumus domi-
ne, munera: quę ī ſanctoꝛū mar
tyꝛum tuoꝛū mauritij ⁊ ſocioꝛū
eius: cōmemoꝛatione deferim9
⁊ pꝛęſta: vt quoꝛū honoꝛe ſunt
grata: eoꝛum nobis fiant inter
ceſsione perpetua. p. Poſtco.
CEleſtibus refecti ſacra-
mentis ⁊ gaudijs: ſuppli
ces te rogam9 domine: vt quo
rū gloꝛiamur triumphis: pꝛote
gamur auxilijs. p. ¶ In ſctoꝝ
marty. cypꝛiani ⁊ iuſtinę. Oꝛo.
BEatoꝛū martyꝛū cypꝛia-
ni ⁊ iuſtinę: nos domine
foueant cōtinuata pꝛęſidia: q2
non deſinis pꝛopitius intueri:
quos talibus auxilijs conceſſe
ris adiuuari. Per. Secreta.
MUnera tibi, dñe, noſtrę d
uotionis offerimus: quę
⁊ pꝛo tuoꝛū tibi grata ſint hono
re iuſtoꝛū: ⁊ nobis ſalutaria te
miſerante reddantur. Per do
minum. Poſt cōmunio.
PReſta nobis, quęſumus
domine, intercedentibus ſctis
tuis cypꝛiano ⁊ iuſtina: vt quę
oꝛe contingimus pura mente
capiamus. Per. ¶ In ſctōꝛuȝ die.
marty. coſme ⁊ damiani. Intr. 27.
SApientiā ſanctoꝛū ps.
narrēt populi: ⁊ lau 44.
des eoꝛū nunciet ec
cleſia: nomina autē
eoꝛū viuent in ſęculū ſęculi. Ps ps.
Exultate iuſti in dño: rectos d 32.
cet collaudatio. ℣. Glia. Oꝛo.
PReſta, quęſumus omni-
potens deus: vt qui ſctō-
rum martyꝛū tuoꝛū coſmę ⁊ da
miani natalitia colimus: à cun
ctis malis īminentibus eoꝛum
interceſsionib9 liberemur. p. ps.
Gra. Clamauerunt iuſti: ⁊ do 33.
minus exaudiuit eos: ⁊ ex oīb9
tribulationibus eoꝛū liberauit
eos. ℣. Iuxta eſt dominus his
qui tribulato ſunt coꝛde: ⁊ hu-
miles ſpiritu ſaluabit. Alla.
℣. Hęc eſt vera fraternitas: q̄

vicit mundi crimina: ſecuta eſt
inclyta: tenens regna cęleſtia.
Offer. Gloriabuntur ī te oēs
qui diligunt nomē tuū: quoniā
tu domine benedices iuſto: do-
mine vt ſcuto bonę voluntatis
tuę coronaſti nos. Secr.
Sanctorū tuorū nobis, do
mine, non deſit oratio: quę ⁊ mu
nera noſtra conciliet: ⁊ tuā no-
bis īdulgentiā ſemꝑ obtineat.
58. Per. Cō. Poſuerūt mortalia
78. ſeruorū tuorum dn̄e: eſcas vola
tilibꝰ cęli: carnes ſanctorū tuo
rum beſtijs terrę: ſecundū ma-
gnitudinem brachij tui poſſi-
de filios morti pūitoꝝ. Poſt cō.
Protegat, quęſumus do-
mine, populū tuū: ⁊ parti
cipatio cęleſtis indulta cōuiuij
⁊ deprecatio collata ſanctorū.
ie. Per dominū. ¶ In dedicatio-
9. ne ſancti michaelis. Introitus.
Benedicite dominū
omnes angeli eius:
potentes virtute: q̄
facitis verbum eius
ad audiendā vocē ſermonū eiꝰ
Ps. Benedic anima mea domi
8. 02 no: ⁊ omnia quę intra me ſunt:
noī ſctō eius. ℣. Gl'ia. Oratio.
Deus qui miro ordine: an
gelorum miniſteria homi
numq; diſpenſas: cōcede pro-
pitius: vt quibus tibi miniſtrā
tibus in cęlo ſemper aſſiſtitur:
ab his in terra vita noſtra mu-
niatur. Per dn̄m. Lectio libri
apocalypſis btī ioānis apl'i. c. j.
In diebus illis. Significa
uit deus quę oportet fieri
cito: loquens per angelū ſuum
ſeruo ſuo ioāni: qui teſtimoniū
perhibuit verbo dei: ⁊ teſtimo
niū Jeſu chriſti quęcūq; vidit.
Beatus qui legit ⁊ q̄ audit ver
ba prophetię huiꝰ: ⁊ ſeruat ea
quę in ea ſcripta ſunt. Tempꝰ
enim prope eſt. Joānes ſeptē
eccleſijs quę ſunt in aſia. Gra-
tia vobis ⁊ pax ab eo qui eſt et
qui erat: ⁊ qui venturus ē. Et
à ſeptem ſpiritibus qui in con-
ſpectu throni eiꝰ ſunt: ⁊ à Jeſu
chriſto qui eſt teſtis fidelis: pri
mogenitus mortuorū: ⁊ prin-
ceps regum terrę. Qui dilexit
nos ⁊ lauit nos à peccatis no-
ſtris in ſanguine ſuo. Gradua.
Benedicite dominū omnes
angeli eius: potētes virtute: q̄
facitis verbum eius. ℣. Bene-
dic anima mea dominū: ⁊ oīa ī Ps.
teriora mea nomē ſanctū eius. 102.
Alla. ℣. Sancte michael ar-
changele defende nos in prę-
lio: vt non pereamus in tremē
do iudicio. Alla. ℣. Cōcuſſiū
eſt mare ⁊ contremuit terra: v-
bi archangelus michael deſcē
debat de cęlo. Alla. ℣. Qui fa
cit angelos ſuos ſpiritus: ⁊ mi-

niſtros ſuos flammam ignis.
Sequen. ſcti euā. ſm matt. c. xviij
In illo tpe. Acceſſerunt diſcipuli ad ieſu᷒ dicētes. Quis putas maior eſt i regno celorū? Et aduocās ieſus paruulū: ſtatuit eum in medio eorū ⁊ dixit. Amen dico vobis: niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnū celorū. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno celorū. Et qui ſuſceperit vnū paruulum talē in nomine meo: me ſuſcipit. Qui aūt ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis: qui i me credunt: expedit ei: vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo eius ⁊ demergatur in profundū maris. Veh mundo a ſcandalis. Neceſſe eſt eni vt veniant ſcandala. Veruntamē veh homini illi per quem ſcandalū venit: Si autē manus tua vel pes tuus ſcandalizet te: abſcinde eū, ⁊ proiice abs te. Bonū eſt tibi ad vitā ingredi debilē vel claudum: q̄ duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignem eternū. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue eū: ⁊ proiice abſ te. Bonum eſt tibi cum vno oculo in vitam intrare: q̄ duos oculos habentem mitti in gehennā ignis. Videte ne contē natis vnum ex his puſillis. Dico eni vobis: quia angeli eorū ſemper vidēt faciē patris mei qui in celis eſt. Offer. Stetit angelus iuxta arā templi: habens thuribulum aureū in manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa multa: ⁊ aſcēdit fumus aromatū in cōſpectu dei. alla. Secre.

Hoſtias tibi, dñe, laud; offerimus: ſuppliciter dp̄recantes: vt eaſdē angelico pro nobis intercedente ſuffragio: ⁊ placatus accipias: ⁊ ad ſalutē noſtrā prouenire concedas. Per. Coīo. Benedicite oēs angeli domini dñm: hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eū i ſcla. Beati archangeli Poſtc.

Beati michaelis interceſsione ſuffulti: ſupplices te domine deprecamur: vt quod ore proſequimur contingamus ⁊ mente. Per. die. 30.

¶ In ſcti hieronymi preſby. doctoꝝ exim̄ij. Introi.

In medio eccleſie aperuit os eius: ⁊ impleuit eum dominus ſpiritu ſapientie ⁊ intellectus ſtolam glorie induit eum. ecl. 15. Ps. Bonum eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſsime. ps. 91. V. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus q̄ eccleſie tue: i exponendis ſacris ſcripturis:

beatū hieronymū glorioſuȝ cō feſſorē tuū: doctorē maximum ⁊ electū prouidere dignatꝰ es: pſta queſumus: vt eiuſdē pijs ſuffragantibus meritis: quod ore ſimul ⁊ opere docuit: te ad iuuāte exercere valeamꝰ. Per dñm. Lcō libri ſapientie. ca. l.

Ecce confeſſor magnꝰ: q̄ in vita ſua ſuffulſit domū ⁊ in diebus ſuis corroborauit templū. Templi etiā altitudo ab ipſo fundata eſt: duplex edificatio: ⁊ excelſi parietes templi. In diebus ipſius emanauerunt putei aquarum: ⁊ quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Hic curauit gentē ſuaȝ: ⁊ liberauit eam à perditione: Hic preualuit amplificare ciuitatē: ⁊ adeptus eſt gloriaȝ in conuerſione gētis: ⁊ ingreſſuȝ domꝰ ⁊ atrij āplificauit. Oſtēdit ei deus futura: ⁊ abſcondita anteq̄ȝ euenirent ⁊ fecit euȝ enarrare mirabilia eius. Cognouit eni omnē ſcientiā: ⁊ inſpexit omnē ſapientiā annūcians que preterierunt: ⁊ que ſuperuentura ſunt. Quaſi ſtella matutina in medio nebule: ⁊ q̄ſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens: ſic iſte iſte refulſit in templo dei. Quaſi arcus refulgēs inter nebulas glorie: ⁊ quaſi flos roſarum in diebus vernis. Quaſi lilia que ſunt in tranſitu aque: ⁊ quaſi thus redolens in diebus eſtatis. Quaſi ignis effulgēs: ⁊ thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidū ornatuȝ oī lapide precioſo. Quaſi oliua pullulans: ⁊ quaſi cypreſſus in altitudine ſe extollens. Corona ē fratrum: ⁊ lumen ſplendor: ⁊ decus omnis eccleſie dei In cuiꝰ ſplendore ambulant gentes in fortitudine vſq̄ȝ ad monteȝ domini. Quaſi plantatio cedri: ī monte libani: dedit gloriā deo: ⁊ in labijs ſuis: non operatus eſt mendacium: ſed à doctrina lingue ſue glorificatus. Doctrina oris ſui non deſtruetur: et ſermo labiorum ſuorū permanebit in ſeculum ſeculi. In vita ſua fecit monſtra: ⁊ in morte ſua mirabilia magna operatꝰ eſt. Gra. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. ps. 19.
Ad annunaiandū mane miſericordiā tuam: ⁊ veritatem tuā per noctē. Alla. ℣ Tu lucerna viatoruȝ es hieronyme beate: in candelabro doctoruȝ: ſpeculum: ⁊ decus rite: adſis nobȝ alme pater contra hoſtes preſul vite. Alleluia. ℣ O robur eccleſie: iubar ſapientie: forma ſanctitatis: mundi lux hierony

me:ſalua nos iuuamine docto-
ris veritatis. Sequentia.

IN profundo tenebrarū:
mundo fulſit ſidus clarū
magnus vir hieronymus. Er
ror cū fautoribus: cedit verio-
ribus: ſtupēs in doctrina. Pro
linguarū diſciplina: verba traſ
fert ſic diuina: quod nil lateat ve
ritatis. Ornat hūc virginitas
omnis fugat vanitas: de pra-
to virtutū. Corpus vir indutū
cor terris ſolutum: prebet aſtu
tum: ergo tēptamenta. Mem
bra per tormenta: cunctis ſunt
portenta: manēt documenta:
exemplaris vitę. Carus here
mitę: cor cunctorū mitte: adeāt
hunc rite: normā obſequētes.
Parent hunc videntes: ſalui
vouētes ſurgunt morientes: fa
ma claret mirū. Apoſtolī ſum
mis viris: ęquāt priuilegia: ba
ptiſtę fit cibis diris: ſocius ī glo
ria. Vitę decus cęlis viris: vi-
ros tranſit gloria: doctorū ſum
mis ſanctorū per gradia. Rę-
lia mūdi abeūt: chriſti ſcti hūc
adeunt: dona tunc ſumma pro-
deunt. Reddit cęcis claritas:
ęgris cunctis ſanitas: refuget
orbi ſanctitas. Deitas per e-
gregia Hieronymi ſuffragia:
nos ducat ad cęleſtia. Dortia
dextra porrige: hieronyme nos
corrige: & recto collige dirige.

Amen. Sequentia ſancti euā
gelij ſecundū Matth. cap. v.

IN illo tpe. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Vos eſtis
ſal terrę. Quod ſi ſol euanue-
rit: in quo ſalietur? Ad nihilū
valet vltra: niſi vt mittatur fo-
ras: & conculcetur ab homini-
bus. Vos eſtis lux mundi. Nō
poteſt ciuitas abſcondi ſupra
mōtē poſita: neqꝫ accendūt lu
cernā & ponunt eā ſub modio
ſed ſuper candelabrū: vt luce-
at omnibus qui in domo ſunt.
Sic luceat lux veſtra corā hoi-
bus: vt videāt opera veſtra bo
na: & glorificent patrem veſtrū
qui in cęlis eſt. Nolite putare:
quoniā veni ſoluere legem aut
prophetas. Non enim veni ſol
uere legem: ſed adimplere. A-
men quippe dico vobis: donec
tranſeat cęlū & terra: iota vnū:
aut vnus apex: non prę teribit
à lege donec oīa fiant. Qui er-
go ſoluerit vnū de mādatis iſtī
minimis: & docuerit ſic hoīes:
minimus vocabitur ī regno cę
lorū. Qui aūt fecerit & docue-
rit: hic magnus vocabitur ī re-
gno cęlorū. Credo dī: quia in
quatuor doctoribus dicit. Off.
Cōfeſsio & pulchritudo: ī con
ſpectu ei9 ſctitas & magnificē-
tia: ī ſctificatiōe ei9. Sec.
Omnis cęleſtibus, qs dn̄e,

libera nos tribue mẽte inſerui
re: vt munera q̃ deferimus: in-
tercedẽte btõ hieronymo cõfe
ps. 30. ſſoꝛe tuo: ⁊ medelã nobis ope-
rentur ⁊ gloꝛiã. Per. Co. Se
mel iuraui in ſctõ meo: ſemẽ eiꝰ
in ęternũ manebit: ⁊ ſedes eiꝰ
ſicut ſol ĩ cõſpectu meo: ⁊ ſicut
luna perfecta in ęternum ⁊ te-
ſtis in cęlo fidelis. Poſtcõio.
Repleti alimonia cęleſti,
q̃s dñe, vt interueniente
btõ hieronymo cõfeſſoꝛe tuo:
miſericoꝛdię tuę gratiã conſe-
qui mereamur. Per dominuʒ.
¶ In ſctĩ frãciſci cõfeſſo. Int.
Gaudeamꝰ omnes
in dño: diẽ feſtuʒ ce-
lebꝛãtes ſub honoꝛe
btĩ franciſci: de cuiꝰ
ſolẽnitate gaudẽt angeli: ⁊ col
laudant filiũ dei. Ps. Exultate
ps. 32. iuſti in dño: rectos decet collau
datio. ℣. Gloꝛia patri. Sed infra octauam dicitur. Introi.
ps. 36. Os iuſti meditabitur
ſapiẽtiã: ⁊ lingua eiꝰ
loquetur iudiciũ: lex
dei eiꝰ in coꝛde ipſiꝰ.
bi. Ps. Noli ęmulari in malignãti
bus: neq̃ʒ zelaueris facientes
iniquitateʒ. ℣. Gloꝛia. Oratio
Deus qui eccleſiã tuã bea
ti frãciſci meritis fętu no
uę pꝛolʒ amplificas: tribue no
bis ex eius imitatione terrena
dſpicere: ⁊ cęleſtiũ donoꝝ ſem
per participatiõe gaudere. P.
Lectio epiſtolę beati pauli apoſtoli ad Galatas capitu. vj.
Fratres. Mihi aũt abſit
gloꝛiari: niſi in cruce dñi
noſtri Jeſu xp̃i: per quem mihi
mundꝰ crucifixus eſt: ⁊ ego mũ
do. In chꝛiſto enim Jeſu: neq̃ʒ
circunciſio aliquid valet: neq̃ʒ
pꝛęputiuʒ: ſed noua creatura.
Et quicũq̃ʒ hanc regulã ſecu-
ti fuerint: pax ſuper illos ⁊ mi-
ſericoꝛdia: ⁊ ſup iſraël dei. De
cętero nemo mihi moleſtus ſit.
Ego enim ſtigmata dñi noſtri
Jeſu chꝛiſti: ĩ coꝛpoꝛe meo poꝛ
to. Gratia dñi noſtri Jeſu xp̃i:
cũ ſpiritu veſtro fratres Amẽ.
Gradu. Os iuſti meditabitur ps. 36.
ſapientiã ⁊ lingua eius loquet̃
iudiciuʒ. ℣. Lex dei eius in coꝛ
ipſius: ⁊ non ſupplãtabuntur
greſſus eius. Alleluia. ℣. O pa-
triarcha pauperũ: frãciſce tuʒ
pꝛecibus: auge numeruʒ: ĩ cha
ritate xp̃i: quos cãcellatʒ mani
bus: cęcutiẽs vt moꝛiẽs iacob
bñdixiſti. Alleluia. ℣. Hic frãciſ-
cus paup ⁊ modicꝰ: cęlũ diues
ĩgredit̃: hymniʒ cęleſtibꝰ hono
ratur. Sequentia ſancti euangelii ſecundum Matth. ca. ij.
In illo tp̃e. Rñdẽs Jeſus
dixit. Cõfiteoꝛ tibi pater
dñe cęli ⁊ terrę: qꝛ abſcondiſti

hęc à ſapientibus ⁊ prudenti-
bus:⁊ reuelaſti ea paruulis.J
ta pater quoniaꝫ ſic fuit placi-
tum ante te.O ia mihi tradita
ſunt à patre meo.Et nemo no
uit filiũ niſi pater neqꝫ patreꝫ
quis nouit:niſi filius: ⁊ cui vo-
luerit filiꝰ reuelare.Venite ad
me omnes qui laboratis ⁊ one
rati eſtꝫ:⁊ ego reficiã vos.Tol
lite iugũ meũ ſuper vos:⁊ diſci
te à me:quia mitis ſum ⁊ humi
lis corde:⁊ inuenietis requiem
aĩabus veſtris.Jugũ eni meũ
ſuaue eſt ⁊ onꝰ meũ leue. Off.
Ps. Veritas mea ⁊ miſericordia
88. mea cũ ipſo: ⁊ in nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secr.
Munera tibi,dñe,dicata ſã
ctifica:⁊ intercedẽte bea
to frãciſco:ab oĩ nos culparuꝫ
labe purifica. Per. Co. Fi-
Luc. delis ſeruus ⁊ prudens: quem
12. conſtituit dñs ſup familiaꝫ ſuã
vt det illis in tẽpore tritici mẽ-
ſuram. Poſt communio.
Eccleſiam tuam, q̃s do-
mine:gratia celęſtis amplificet
quã beati franciſci illuminare
voluiſti glorioſis meritis ⁊ exẽ
plis. Per.¶ In ſctõꝝ marty.
ſergij,bachij,marcelli:⁊ apulei
Sanctorũ tuorũ nos Oro
dñe ſergij:bachi,marcel-
li:⁊ apulei beata merita proſe
quãtur:⁊ tuo ſemper faciãt a-
more feruentes. Per. Secre.
Maieſtatẽ tuã nobis, dñe,
q̃s hęc hoſtia reddat im-
molanda placatã tuorũ digna
poſtulatiõe ſctõꝝ. Per. Poſtc.
Sacramẽtis,domine,mu-
niamur acceptis:⁊ ſctõꝝ
tuorũ ſergij,bachi,marcelli: et
apulei interceſſione,cõtra om
nes nequitias irruentes:armꝫ
celęſtibus protegamur. Per.
¶ In ſcti marci papę ⁊ cõf. Oro
Exaudi,dñe,preces nr̃as:
⁊ intercedente btõ mar-
co cõfeſſore tuo atqꝫ pontifice:
ſupplicationes noſtras placa
tus intende. Per dñm. Secr.
Accepta tibi ſit,dñe,ſacra
tę plebis oblatio: pro tuo
rũ honore ſanctorũ:quorum ſe
meritꝫ percepiſſe de tribulatio
ne cognoſcit auxilium. Per do
minum noſtrum. Poſt coĩo.
Da,quęſumus domine,fi-
delibus populis: ſancto-
rum tuorum ſemper veneratio
ne lętari:⁊ eorꝫ perpetua ſup
plicatione muniri. Per domi-
num noſtrum Jeſuꝫ.¶ In ſan
ctorum martyrum dionyſij,ru
ſtici:⁊ Eleutherij. Oratio.
Deus qui hodiernam diẽ Oſe.
beatum dionyſium mar- 9.
tyrem tuum: virtute conſtãtię
in paſſione roboraſti: quiqꝫ il-
li ad prędicanduꝫ gẽtibus glo

riã tuã:ruſticum ⁊ eleutheriuz
ſociare dignatus es:tribue no
bis q̄s:ex eorũ imitatione: pro
amore tuo proſpera mundi de
ſpicere:⁊ nulla ei⁹ aduerſa for
midare. Per dñm. Secreta.
OBlata tibi, dñe, munera
populi tui:pro tuorũ ho-
nore ſanctorum martyrum dio
niſij,ruſtici ⁊ eleutherij:ſuſcipe
propitius queſumus: ⁊ eorum
nobis ĩterceſsione ſanctifica.
Per dominum. Poſt cõmũio
SVmptis,dñe,ſacramen-
tis q̄s:vt ĩtercedentibus
beatis martyribus tuis dioni-
ſio,ruſtico,⁊ eleutherio: ad re-
dẽptionis ęternę proficiamus
augmẽtũ. Per dominum nr̃z.
Die. 11. ¶ In prima tranſlatione ſan-
cti auguſtini. Introitus.
Eccl. 15. IN medio eccleſię a
peruit os eius: ⁊ im
pleuit eum dñs ſpũ
ſapientię ⁊ intellec-
tus:ſtola glorię induit euz. Ps.
Ps. 91. Bonũ eſt confiteri dño:⁊ pſal-
lere noĩ tuo altiſsime. ℣. Glo-
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpũi. Oratio.
DEus omniuz impertitor
donorum:per quem hũc
diem beati auguſtini confeſſo-
ris tui atq; pontificis veneran
da tranſlatione iocundas:quę
ſumus:eius precibus glorioſis
nos de terrenis transferri ad
conſortia beatoruz. Per dñm.
Epla. Teſtificor coram deo ⁊
chriſto ieſu. in coi vnius confe
ſſoris. Gra. Os iuſti meditabi Ps.
tur ſapientiã:⁊ lingua eius loq̄ 36.
tur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in
corde ipſius:⁊ non ſupplanta-
buntur greſſus eius. Alla. ℣
Auguſtine lux doctorũ:firma-
mamentũ eccleſię:malleus he
reticorum:ſummum vas ſcien-
tię:pro tuis fidelibus roga de-
um queſumus. Euangelium.
Vos eſtis ſal terrę. in coi confe
ſſorũ. Off. Iuſtus vt palma Ps.
florebit:ſicut cedrus quę in li- 91.
bano eſt multiplicabitur. Secr̃
SAncti auguſtini tui ſolẽ-
nia nos q̄ſumus dñe,vbi-
q; lętificent vt dum eius tranſ
lationem ⁊ merita recolimus:
patrocinia ſentiamus. Per do
minuz. Coio. Fidelis ſeruus Ma
⁊ prudens:quem conſtituit do tth
minus ſuper familiam ſuaz: vt 24.
det illis in tempore tritici men-
ſuram. Poſt communio.
QVęſumus omnipotẽs de
us:vt qui cęleſtia alimenta pce
pimus:intercedente beato au
guſtino confeſſore tuo atq; põ
tifice per hęc contra omnia ad
uerſa muniamur. Per dominũ
noſtrum Jeſum chriſtum filiuz
tuum:q̃ tecũ. ⁊c. ¶ In ſcti ca- Die.
lixti papę ⁊ martyris. Introi. 14.

SAcerdotes dei be
nedicite dñm: ſancti
⁊ humiles corde lau
date deum. ps. Be-
ps. 102. nedicite oĩa opera domini dño
laudate ⁊ ſuperexaltate euꝫ in
ſecula. ℣. Gloria pri. Oratio.
DEus qui conſpicis ex no
ſtra infirmitate deficere:
ad amorẽ tuũ nos miſericordi-
ter: p ſanctorũ tuorum exẽpla
ps. 88. reſtaura. Per. Gra. Inueni
dauid ſeruũ meũ: oleo ſctõ vn-
xi eum: manus enim mea auxi-
liabitur ei: ⁊ brachiũ meũ con-
fortabit euꝫ. ℣. Nihil proficiet
inimicus in eo: ⁊ filius iniquita
tis nõ nocebit ei. Alla. ℣. A-
mauit eum dñs ⁊ ornauit euꝫ:
ſtolam glorie induit eum. Off.
ps. 88. Ueritas mea ⁊ miſericordia
mea cum ipſo: ⁊ ĩ nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secr.
MYſtica nobis, dñe, proſit
oblatio: que nos ⁊ a rea-
tibus noſtris expediat: ⁊ ppe-
tua ſaluatione cõfirmet. Per.
luc. 12. Coĩo. Beatus ſeruus: quẽ cũ
venerit dominus: inuenerit vi-
gilantẽ: amẽ dico vobis: ſuper
oĩa bõa ſua ꝯſtituet eũ. Poſtc.
QUeſum⁹ ops de⁹: vt rea-
tũ nr̃ꝫ mũera ſacra purifi
cẽt: ⁊ recte viuendi nobis ope-
rẽtur effectum. Per dominuꝫ.
¶ In ſcti angeli cuſtodis. In.
BEnedicite dominũ
omnes angeli eius: ps. 102.
potentes virtute: q̃
facitis verbum eius
ad audiendã vocẽ ſermonũ ei⁹
ps. Benedic anima mea domi
no: ⁊ omnia que intra me ſunt: ibi.
noĩ ſctõ eius. ℣. Glia. Oratio.
DEus qui ineffabili proui
dentia ſanctos angelos
tuos ad noſtram cuſtodiã mit-
tere dignaris: largire ſupplici-
bus tuis: ⁊ eorum ſemper pro-
tectione d̃fendi: ⁊ eterna ſocie
tate gaudere. Per dominum.
Lectio malachie prophe. c. iij.
HEc dicit dñs deus. Ecce
ego mitto angelum meũ:
⁊ preparabit viam ante facieꝫ
meam: ⁊ ſtatim veniet ad tem-
plũ ſanctũ ſuũ dominator quẽ
vos queritis: ⁊ angelus teſta-
menti quem vos vultis. Ecce
venit dicit dominus exercituũ.
Et quis poterit cogitare dieꝫ
aduẽtus eius? Et quis ſtabit
ad videndum eum? Ipſe enim
quaſi ignis conflans: ⁊ quaſi
herba fullonuꝫ. Et ſedebit cõ
flans ⁊ emundans argentũ: ⁊
purgabit filios leui. Et cola-
bit eos q̃ſi auꝝ ⁊ q̃ſi argentũ:
⁊ erũt dño offerentes ſacrificia
in iuſtitia. Et placebit dño ſa-
crificiũ iuda ⁊ hieruſalẽ: ſicut
dies ſeculi: ⁊ ſicut anni antiq̃.

Dicit dñs omnipotens. Ps.
Benedicite dominuꝫ omnes
angeli eius: potẽtes virtute: q̃
facitis verbum eius. Bene-
dic anima mea dominũ: ⁊ oĩa ĩ
teriora mea nomẽ ſanctũ eius.
℣. Sancti angeli cuſtodes no
ſtri: defendite nos in prelio: vt
non pereamur in tremendo iu
dicio. Sequentia ſancti euan-
gelii ſecundũ Matth. c. xviij.
In illo tp̃e. Acceſſerunt
diſcipuli ad ieſuꝫ dicẽtes.
Quis putas maior eſt ĩ regno
celorũ? Et aduocãs ieſus par
uulũ: ſtatuit eum in medio eorꝫ
⁊ dixit. Amen dico vobis: niſi
conuerſi fueritis ⁊ efficiamini
ſicut paruuli: non intrabitis in
regnũ celorũ. Quicunqꝫ ergo
humiliauerit ſe ſicut paruulus
iſte: hic maior eſt in regno celo
ruꝫ. Et qui ſuſceperit vnũ par
uulum talẽ in nomine meo: me
ſuſcipit. Qui aũt ſcandalizaue
rit vnũ de puſillis iſtis: qui ĩ me
credunt: expedit ei: vt ſuſpẽda
tur mola aſinaria in collo eius
⁊ demergatur in profundũ ma
ris. Veh mundo à ſcandalis.
Neceſſe eſt enĩ vt veniant ſcan
dala. Veruntamẽ veh homini
illi per quem ſcandaluꝫ venit:
Si autẽ manus tua vel pes tu
us ſcandalizat te: abſcinde eũ,
⁊ proijce abs te. Bonũ eſt tibi
ad vitã ingredi debilẽ vel clau
dum: q̃ꝫ duas manus vel duos
pedes habentẽ mitti in ignem
eternũ. Et ſi oculus tuus ſcan
dalizat te: erue eũ: ⁊ proijce abſ
te. Bonum eſt tibi cum vno o-
culo in vitam intrare: q̃ꝫ duos
oculos habentem mitti in ge-
hennã ignis. Videte ne contẽ
natis vnum ex his puſillis. Di
co enĩ vobis: quia angeli eoruꝫ
ſemper vidẽt faciẽ patris mei
qui in celis eſt. Offerto. Ado
rate dominũ omnes angeli ei⁹
miniſtri eius facientes verbuꝫ
illius: ad audiendã vocẽ ſermo
nũ eius. alleluia. Secre.
Suſcipe, dñe, mũera q̃ pro
ſanctorũ angelorũ tuorum ve-
neratione deferimus: ⁊ cõcede
propitius: vt perpetuis eorum
preſidijs â preſentibus pericu
lis liberemur: ⁊ ad vitã perue-
niamus eternam. Per. Com.
Benedicite omnes angeli do
mini dñm: hymnum dicite ⁊ ſu
perexaltate eũ in ſcl'a. Poſtcõ.
Sumpſimus, domine, di-
uina myſteria ſanctorum
angelorum tuorum feſtiuitate
letantes: queſumus: vt eorum
patrocinijs ab hoſtiuꝫ iugiter
liberemur inſidijs: ⁊ cõtra oĩa
aduerſa ſua ſemp̱ protectione
muniamur. Per. ¶ In ſancti
Luce euangeliſte. Introitus.

die. 18.

Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principat⁹ eoꝝ. Ps. Dñe probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionē meam ⁊ reſurrectionē meā. ℣. Gloria patri. Oratio.

Interueniat pro nobis, q̄ſum⁹ dñe, ſanctus tu⁹ lucas euāgeliſta: q̄ crucis mortificationē iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. p. Lcō ezechie. prophē. c. j

Similitudo vultus quatuor animalium: facies hoīs ⁊ facies leonis a dextris ipſoꝝ q̄tuor. Facies āt bouis a ſiniſtris ipſoꝝ q̄tuor: ⁊ facies aq̄le deſuper ipſoꝝ quatuor. Et facies eoꝝ ⁊ pēne eoꝝ extente deſuper. Due pēne ſingulorū iungebātur: ⁊ due tegebāt corpora eoꝝ. Et vnumquodq̄ eorum: corā facie ſua ambulabat Ubi erat ipetus ſpiritus: illuc gradiebantur: nec reuertebātur cum ambularent. Et ſimilitudo animalium: ⁊ aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium: ⁊ quaſi aſpect⁹ lāpadarū. Hec erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplēdor ignis: ⁊ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant ⁊ reuertebantur: in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. Gradu.

In omnem terrā exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrāt gloriam dei ⁊ opera manuum eius annunciat firmamētū. Alla ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. Sequētia ſcti euāgelij ſcdm Lucā. ca. x.

In illo tēpore. Deſignauit dominus ⁊ alios ſeptuagintaduos: ⁊ miſit illos binos ante faciem ſuā: in omnē ciuitatem ⁊ locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſsis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſsis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite: Ecce ego mitto vos: ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum neq̄ peram: neq̄ calciamenta: ⁊ neminem per viam ſalutaueritis. In quācumq̄ domum intraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra. Si autem ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes ⁊ bibentes que apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domū. Et in quamcumq̄ ciuitatem intra

ueritis:⁊ ſuſceperint vos:man
ducate ,que apponuntur vo-
bis. Et curate infirmos qui in
illa ſunt:⁊ dicite illis. Appro-
pinquabit in vos regnum dei.
Offertorium. Mihi autem ni
ps. 138 mis honorificati ſunt amici tui
deus:nimis confortatus ē pri-
cipatus eorum. Secre.
Donis nos celeſtibus:da
queſumus domine,libera mē-
te ſeruire:vt munera que defe
rimus: interueniente beato e-
uangeliſta tuo luca: ⁊ medelā
nobis operent̄ ⁊ gloriā. Per.
Prefatio de apoſtolis. Coio.
Vos qui ſecuti eſtis me:ſede-
bitis ſuper ſedes: iudicantes
duodecim tribus iſraël. Poſtc
Preſta,queſumus omni-
potens deus: vt quod de
ſancto altari tuo accepimus:p
cibus beati euangeliſte tui lu-
ce:ſanctificet animas noſtras:
per qđ tui eſſe poſsimus. Per
¶ In ſanctorum martyrū chri
ſanti ⁊ darie. Introitus.
die. 25. Iudicāt ſcti gētes ⁊
ſap. 3. dn̄antur pplis: ⁊ re
gnabit dn̄s illoꝝ i p
petuū. Ps. Exulta-
te iuſti in dn̄o:rectos decet col-
ps. 32. laudatio. ℣. Gloria. Oratio.
Beatorū martyrū tuoꝝ
dn̄e:chryſāti ⁊ darie: q̄s
adſit nobis oīo:vt quos vene-
ramur obſeqo: eorū piuꝫ iugi
expiamur auxiliū. p. Epl. Sa-
piētiā ātiquo. in coi plu. m. Gl.
Clamauerūt iuſti ⁊ dn̄s exau ps. 33.
diuit eos:⁊ ex oīb9 tribulatioīb9
eoꝝ liberauit eos. ℣. Iuxta eſt
dn̄s hꝫ q̄ tribulato ſūt corde: ⁊
humiles ſpiritu ſaluabit. Al.
℣. Scti tui dn̄e bn̄dicēt te:glīā
regni tui dicēt. Euā. Attēdite
à fer. i coi plu. m. Off. Letā- ps. 31.
mini i dn̄o ⁊ exultate iuſti ⁊ glīa
mini oēs recti corde. Secreta.
Populi tui q̄s dn̄e tibi gra
ta ſit hoſtia:q̄ i natalitijs
ſctoꝝ martyꝝ tuoꝝ chryſāti
⁊ darie ſolēnitatib9 imolat̄. p.
Co. Dico āt vobꝫ amicꝫ meꝫ: luc. 12.
ne terreamini ab his qui vos
perſequuntur. Poſt coio
Myſticꝫ dn̄e repleti ſumus
votꝫ ⁊ gaudijs:p̄ſta q̄s: vt iter
ceſsioīb9 ſctoꝝ martyꝝ tuoꝝ
chryſāti ⁊ darie:q̄ tpalr agim9
ſpūalr ꝯſeq̄mur. Per. ¶ In vi die. 25.
gilia apoſto. ſymo. ⁊ iude. Int.
Intret in cōſpectu
tuo dn̄e gemitus cō
peditoꝝ:redde vici
nis noſtris ſeptuplū
in ſinu eoꝝ:vindica ſanguineꝫ
ſanctoꝝ tuoꝝ qui effuſus eſt. ps. 78.
Ps. Deus venerunt gentes i he
reditatē tuā polluerunt tēplū
ſctūꝫ tuū: poſuerūt hieruſalē i
pomoꝝ cuſtodiā. ℣. Glia. Oro

Concede q̄s op̄s deus:vt
ſicut apoſtoloꝝ̄ tuoꝝ̄ ſy
monꝫ ⁊ iudę glorioſa natalitia
prȩuenimus:ſic ad tua benefi
cia pro merenda: maieſtatē tu
am pro nobis ipſi prȩueniant.
Ps. Per. Grad. Vindica dn̄e ſan
78. guinē ſctōꝝ tuoꝝ̄ qui effuſus
eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſer
uoꝝ̄ tuoꝝ̄ eſcas volatilib⁹ cȩ
li:carnes ſanctoꝝ tuoꝝ̄ beſtijs
terrȩ. Off. Exultabūt ſancti
in gloria:lętebuntur in cubili
bus ſuis:exultationes dei ī fau
cibus eorum. Secreta.
Muneribus nr̄is, dn̄e, apo
ſtoloꝝ̄ ſymonis ⁊ iudę feſta p̄
cedimus:te ſuppliciter deprȩ
cātes:vt q̄ conſcientię noſtrȩ p̄
pediuntur obſtaculis: illorum
meritis grata reddāt. p. Com.
Poſuerunt mortalia ſeruorū
tuoꝝ̄ dn̄e:eſcas volatilib⁹: car
nes ſctōꝝ tuoꝝ̄ beſtijs terrȩ:ſe
cūdū magnitudinē brachij tui
poſſide filios morti punitorū.
Sumpto, dn̄e, ſa- Poſt c.
cramēto ſuppliciter dep̄
camur:vt intercedētibus bea
tis apl'is tuis ſymone ⁊ iuda:
qđ tēporaliter gerimus: ad vi
Die. tā capiam⁹ ęternā. p. ¶ In fe
28. apl'o. ſy. ⁊ iu. int.
Mihi aūt nimis ho
Ps. norati ſunt amici tui
138. deus:nimis cōforta
tus eſt principatus eorum. Ps.
Dn̄e ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me ibi.
tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ re
ſurrectionē meā. ℣. Glia. Ora.
Deus qui nos ꝑ btōs apo
ſtolos tuos ſymonē ⁊ iu
dā:ad agnitionē tui nominis
venire tribuiſti:da nobis eoꝝ̄
gloriā ſempiternā:⁊ proficien
do celebrare:⁊ celebrando ꝓfi
cere. Per. Gra. Conſtitues eos Ps.
principes ſup omnē terrā: me 44.
mores erūt nōis tui domine ℣.
Pro patribus tui nati ſunt ti ibi.
bi filij:propterea populi confi
tebūtnr tibi. Alla. ℣. Nimis Ps.
honorati ſunt amici tui deus:ni 138.
mis confortatus eſt p̄ncipatus
eoꝝ̄. Offer. In omnem terrā
exiuit ſonus eoꝝ̄:⁊ in fines or
bis terrę verba eoꝝ̄. Secreta.
Gloriā, dn̄e, ſanctoꝝ̄ apo
ſtoloꝝ̄ tuoꝝ̄ ꝑpetuā ve
nerātes:q̄s: vt eaꝫ ſacris my
ſterijs expiati:dignius celebre
mus. Per dominū nr̄ꝫ. Com.
Uos qui ſecuti eſtis me ſede
bitis ſup ſedes:iudicātes duo
decim tribus iſraēl. Poſtcom.
Perceptis, domine ſacra
mentis ſuppliciter exora
mus:vt intercedentibus bea
tis apoſtolis tuis ſymone ⁊ iu
da:quę pro illorum venerāda
gerimus paſſione:nobis profi
ciant ad medelam. Per dn̄m.

¶ In vigilia oiuʒ ſctō℞. Intr.
Iudicant ſancti gē
tes: ⁊ dñātur pplis
⁊ regnabit dñs de⁹
illorum in perpetuū
Ps. Exultate iuſti i dño: rectos
decet collaudatio. ℣ Glia. Orō
Domine deus noſter: mul
tiplica ſup nos grāʒ tuaʒ
⁊ quorum p̄uenimus glioſa ſo
lennia: tribue ſubſequi in ſanc
ta profeſſione letitiā. p. Lcō li
bri apoca. btī Joānis apli ca. v
In diebus illis. Ecce ego
ioannes vidi i medio thro
ni: ⁊ quatuor aīalium: ⁊ in me
dio ſeniorum: agnum ſtantem
tanq̄ occiſum: habentem cor
nua ſeptem: ⁊ oculos ſepteʒ: q̄
ſunt ſepteʒ ſpiritus dei: miſſi in
oēʒ terraʒ. Et venit ⁊ accepit
librū de dextera ſedentis i thro
no. Et cū apuiſſet librum: qua
tuor aīalia ⁊ viginti quattuor
ſeniores ceciderunt corā agno
habentes ſinguli cytharas et
phialas aureas plenas odora
mentorum: q̄ ſunt orōnes ſan
ctorum. Et cātabāt cāticuʒ no
uum: dicētes. Dignus es dñe
accipere librum: ⁊ ſoluere ſig
nacula eius: quoniā occiſus es
⁊ redemiſti nos deo in ſangui
ne tuo ex omni tribu: ⁊ lingua:
⁊ populo: ⁊ natiōe: ⁊ feciſti nos
deo noſtro regnum: ⁊ ſacerdo
tes: ⁊ regnabimus ſuper terrā
Et vidi ⁊ audiui vocē āgelorū
multorum in circuitu throni:
⁊ ſeniorū: ⁊ quattuor anima
lium. Et erat numerus eorum
milia milium voce magna dicē
tium. Dignus eſt agn⁹ qui oc
ciſus eſt: accipere virtutem: et
diuinitatem: ⁊ ſapientiam: et
fortitudinem: ⁊ honorē: ⁊ glori
am ⁊ bñdictionē in ſecula ſecu
lorū. Amen. Gra. Exultabūt ps. 146
ſancti in gloria: letabuntur i cu
bilibus ſuis. ℣ Cātate dño cā
ticū nouum: laus eius in eccle ps. 148
ſia ſctōrū. Seqn. ſancti euan
gelii ſecunduʒ Lucam. cap. vj
In illo tempore. Deſcen
dēs Jeſus de mōte ſtetit
in loco campeſtri ⁊ turba diſci
pulorum eius: ⁊ multitudo co
pioſa plebis ab omni iudea et
hieruſalem: ⁊ maritima ⁊ tyri
⁊ ſydonis: q̄ venerant vt audi
rent euʒ: ⁊ ſanarentur a lāguo
ribus ſuis. Et qui vexabantur
a ſpiritibus īmundis curaban
tur. Et oīs turba querebat eū
tangere: quia virtus de illo exi
bat: ⁊ ſanabat omnes. Et ipſe
eleuatis oculis ī diſcipulos ſu
os: dicebat. Btī paupes: quo
niam veſtrum eſt regnum dei.
Beati qui nunc eſuritis: quo
niam ſaturabimini. Beati qui
nunc fletis: quia ridebitis

Beati eritis cũ vos oderint ho
mines: ⁊ cum ſeparauerit vos
⁊ exprobrauerit ⁊ eiecerint no
men veſtrum tanq̃ maluꝫ pro
pter filiũ hoĩs. Gaudete ĩ illa
die ⁊ exultate: ecce enĩ merces
veſtra multa eſt in cęlis. Off.
Exultabunt ſancti in gloria lę
tabuntur in cubilibus ſuis: e-
xultationes dei ĩ faucibꝰ eorũ.
Altare tuũ domine Sec.
deus muneribus cumula
mus oblatis: quęſumꝰ: vt ad ſa
lutẽ noſtrã: omnium ſanctoruꝫ
tuorũ pręcatione proficiãt quo
ſap rũ ſolẽnia vẽtura pcurrimꝰ. p.
3 Com. Iuſtorũ animę in ma-
nu dei ſunt: ⁊ non tanget illos
tormẽtũ malitię: viſi ſunt oculꝫ
inſipientiuꝫ mori: illi autẽ ſunt
in pace. Poſt cõmunio.
Sacramentis dñe ⁊ gau-
dijs optata celebritate exple-
tis, quęſumus: vt eorũ precibꝰ
adiuuemur: quorũ recordatio-
nibus exhibentur. Per domi
die. num noſtrum Jeſum chriſtuꝫ.
1. ¶ In feſto oĩum ſctõrum. Int.
Gaudeamꝰ omnes
in dño: diẽ feſtuꝫ ce-
lebrãtes ſub honore
ſctõruꝫ oĩuꝫ ꝺ quorũ
ſolẽnitate gaudẽt angeli: ⁊ col
laudant filiũ dei. ps. Exultate
ps. 80. iuſti in dño: rectos decet collau
datio. ℣ Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
deus: qui nos omniũ ſan
ctorum tuoruꝫ merita: ſub vna
tribuiſti celebritate venerari:
quęſumus: vt deſideratam no
bis tuę propitiationis abũdã-
tiam: multiplicatis interceſſo-
ribus largiaris. Per dominuꝫ
noſtrum Jeſum chriſtũ filium.
Lectio libri apocalipſis beati
Joannis apoſtoli. capi. vij.
In diebus illis. Ecce ego
ioãnes vidi alteruꝫ ange
lum aſcendentem ab ortu ſolꝫ:
habentem ſignum dei viui. Et
clamauit voce magna quatuor
angelis: quibus datum eſt no-
cere terrę ⁊ mari, dicens. Noli
te nocere terrę ⁊ mari neq̃ ar
boribus: quoadusq̃ ſignemus
ſeruos dei noſtri in frontibus
eorum. Et audiui numerum ſi
gnatorum: centum quadragin
ta quatuor milia ſignati: ex om
ni tribu filiorum iſraël. Ex tri-
bu iuda: duodecim milia ſigna
ti. Ex tribu ruben: duodecĩ mi
lia ſignati. Ex tribu gad: duo-
decim milia ſignati. Ex tribu
aſer: duodecĩ milia ſignati. Ex
tribu neptalim: duodecim mi-
lia ſignati. Ex tribu manaſſe:
duodecim milia ſignati. Ex tri
bu Symeon: duodecim milia
ſignati. Ex tribu Leui: duo-
decim milia ſignati. Ex tri-

bu iſachar: duodecim milia ſi-
gnati. Ex tribu zabulon: duo-
decim milia ſignati. Ex tribu
ioſeph: duodeciꝫ milia ſignati.
Ex tribu beniamin: duodecim
milia ſignati. Poſt hec vidi tur
bā magnam: quā dinumerare
nemo poterat: ex oībus genti-
bus: ꝛ tribubus: ꝛ populis: ꝛ li
guis ſtantes ante thronū in cō
ſpectu agni: amicti ſtolis albis
ꝛ palme in manibus eoꝝ. Et
clamabāt voce magna dicētes
Salus deo nr̄o: qui ſedet ſup
thronū ꝛ agno. Et oēs angeli
ſtabant in circuitu throni ꝛ ſe-
nioꝝ: ꝛ quatuoꝛ animaliū. Et
ceciderunt in conſpectu thro-
ni in facies ſuas: ꝛ adoꝛauerūt
deum dicētes. Amen. Benedi
dictio ꝛ claritas ꝛ ſapientia ꝛ
gratiarū actio: honoꝛ: virtus: ꝛ
foꝛtitudo deo nr̄o: i ſecula ſecu
os. loꝝ. Amē. Gra. Timete dn̄m
3. oēs ſcti ei⁹: qm̄ nihil deeſt timē
tibus eū. ℣. Inq̄rētes āt dn̄m:
ibi. nō deficiēt oī bono. Alla. ℣.
Venite ad me oēs q̄ laboꝛatis
ma tth ꝛ onerati eſtꝫ: ꝛ ego reficiā vos
11. Alla. ℣. Hec ē vera fraterni
ibi. tas: q̄ vicit mūdi crimina: xp̄m
ſecuta ē iclyta: tenēs regna ce
leſtia. Sequentia ſancti euan-
gelii ſecundū Matthe. cap. v.
In illo tpe. Vidēs Jeſus
turbas: aſcēdit in montē.
Et cū ſediſſet: acceſſerūt ad eū
diſcipuli eius. Et aperiens os
ſuū docebat eos dicens. Bea-
ti paupes ſpū: quoniā ipſoꝝ
eſt regnū celoꝝ. Beati mites:
quoniā ipſi poſsidebūt terrā.
Beati qui lugēt: quoniā ipſi ꝯ
ſolabuntur. Btī qui eſuriunt ꝛ
ſitiunt iuſtitiā: quoniā ipſi ſatu
rabūtur. Beati miſericoꝛdes:
quoniā ipſi miſericoꝛdiā conſe
quent̄. Btī mūdo coꝛde: quoni
aꝫ ipſi deū videbunt. Btī paci
fici: quoniā filij dei vocabunt̄.
Btī q̄ ꝑſecutionē patiūtur pro
pter iuſtitiā: quoniā ipſoꝝ re-
gnū celoꝝ. Btī eſtis cuꝫ male-
dixerit vobꝫ hoīes: ꝛ perſecuti
vos fuerit: ꝛ dixerit oē malū ad
uerſuꝫ vos mētiētes propt̄ me.
Gaudete ꝛ exultate: qm̄ mer-
ces vr̄a copioſa ē i celꝫ. Offer.
Iuſtoꝝ aīe i mān dī ſunt: ꝛ nō ſap̄
tāget illos toꝛmētū moꝛtꝫ: viſi 3.
ſūt ocl'ꝫ īſipiētiuꝫ moꝛi: illi autē
ſunt in pace. Secreta.
Munera tibi dn̄e nr̄e deuo
tiōis offerim⁹: q̄ ꝛ ꝓcūctoꝝ tibi
grata ſint honoꝛe iuſtoꝝ: ꝛ nob
ſalutaria te miſerāte reddāt̄. p
Cō. Beati mundo coꝛde: quo ma tth.
niam ipſi deuꝫ videbunt: bea- 5.
ti pacifici: quoniā filij dei voca
buntur: beati q̄ ꝑſecutionē pa-
tiunt̄ propter iuſtitiā: qm̄ ipſo
ꝛuꝫ ē regnuꝫ celoꝛuꝫ. Poſt cō.

DA q̄s, dn̄e, fidelibus po-
pulis: oīum sanctoꝝ̄ tuo-
rū semper veneratione letari:
⁊ eoꝝ perpetua supplicatio-
ne muniri. Per dominū nr̄m.

¶ In sancti cesarij marty. Ora.

DEus qui nos bt̄i cesarij
martyris tui annua solē-
nitate letificas: cōcede propiti
us: vt cuius natalitia colimus:
etiā actiones imitemur. P. Sec.

HOstias tibi, dn̄e, beati ce
sarij martyris tui dicatas
meritis: benignus assume: ⁊ ad
perpetuū nobis tribue proue-
nire subsidium. Per. Post co.

QUesumus, omnipotens
de⁹, vt qui celestia alimē
ta percepim⁹: intercedēte bea
to cesareo martyre tuo: p hec
contra omnia aduersa munia-
mur. Per. ¶ In sanctorum marty.
quatuor coronatorū. Introit⁹.

Intret in cōspectu
tuo dn̄e gemitus cō
ps. 78. peditoꝝ: redde vici
nis nostris septuplū
in sinu eoꝝ: vindica sanguinē
sanctoꝝ tuoꝝ qui effusus est.
Ps. De⁹ venerunt gentes ī he
ibi. reditatē tuam polluerunt tem
plū sanctū tuū: posuerūt hieru
salē ī pomoꝝ custodiā. ℣. Glia.

PResta quesumus, Ora.
oīps deus, vt q̄ gloriosos
martyres claudiū, nicostratū,
castoriū, simphorianū atq̄ sim
pliciū: fortes in sua confessiōe
cognouimus: pios apud te ī no
stra intercessione sentiamus. ps.
Per. Gra. Uindica dn̄e san- 78.
guinē sanctoꝝ tuoꝝ q̄ effusus
est. ℣. Posuerunt mortalia ser
uoꝝ tuoꝝ escas volatilibus ce
li: carnes sanctoꝝ tuorum be-
stijs terre. Alla. ℣. Laudate
dn̄m ī sanctis eius: laudate eū
in firmamēto virtutis ei⁹. Off.

Anima nr̄a sicut passer erepta ē
d laq̄o venātiū: laq̄us cōtritus
est: ⁊ nos liberati sumus. Sec.

BEnedictio tua, dn̄e, larga
dscēdat: q̄ ⁊ munera nr̄a:
deprecantibus sanctis tuis: ti
bi reddat accepta: ⁊ nobis sa-
cramētū redēptionis efficiat. ps.
Per. Co. Posuerunt morta- 78.
lia seruoꝝ tuoꝝ domine escas
volatilibus celi: carnes sctōꝝ
tuoꝝ bestijs terre: scdm ma-
gnitudinē brachij tui posside
filios morti punitoꝝ. Post cō.

CElestib⁹ refecti sacris et
gaudijs: supplices te dn̄e
dp̄camur: vt quoꝝ glīam trium
phis: ꝓtegamur auxilijs. P. do.

¶ In sancti theodori mart. Ora.

DE⁹ q̄ nos beati theo dori
martyris tui: ꝯfessiōe gl̄iosa
circūdas ⁊ ꝓtegi: p̄sta nob: ex
ei⁹ imitatione ꝓficere: ⁊ oōne
fulciri. Per dn̄m nr̄m. Secreta.

SUſcipe, dñe, fideliũ pre-
ces cũ oblationibus ho-
ſtiarũ: ⁊ intercedente btõ theo
doro martyre tuo: per hec pie
deuotionis officia: ad celeſtem
gloriã trãſeam⁹. p. Poſt cõio.
PReſta nobis, queſumus
dñe, intercedente beato
theodoro martyre tuo: vt qḋ
ore contingimus: pura mente
capiam⁹. Per. ¶ In ſcti mar-
tini epi. ⁊ confeſſoris. Introit⁹
Statuit ei dñs teſta
mẽtũ pacis: ⁊ princi
pẽ fecit eũ: vt ſit illi
ſacerdotij dignitas
ps. 131. i eternũ. ps. Memẽto dñe da-
uid: ⁊ omnis mãſuetudinz ei⁹.
℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
DEus q̇ cõſpicis: q2 ex nul
la nr̃a virtute ſubſiſtim⁹:
concede propitius: vt interceſ
ſione bti martini ↄfeſſoris tui
atq3 põtificis: cõtra oĩa aduer
ſa muniamur. p. Gra. Ecce ſa
ſap 94. cerdos magn⁹: q̇ in dieb⁹ ſuis
placuit deo. ℣. Nõ ẽ inuẽtus ſi
mil3 illi: q̇ cõſeruaret legẽ excel
ſi. Alla. ℣. Btũs vir ſanctus
martin⁹ vrb3 turonis reqeuit:
que3 ſuſcepunt angeli atq3 ar-
chãgeli throni: dñationes ⁊ vir
ps 8. tutes. Offertorium. Veritas
mea ⁊ miſericordia mea cum i-
pſo ⁊ in nomine meo exaltabi-
tur cornu eius. Secreta.

DA miſericors de⁹: vt hec
nos ſalutaris oblatio: ⁊ a
ꝓprijs reatibus indeſinẽter ex
pediat: ⁊ ab oĩb⁹ tueat̃ aduer-
ſis. p. Cõ. Btũs ſeru⁹: quẽ cũ luc 12.
venerit dñs inuenerit vigilãtẽ:
amen dico vobis ſuper omnia
bona ſua cõſtituet eũ. Poſt cõ.
PReſta queſum⁹, dñe de⁹
nr̃: vt quorũ feſtiuitate vo
tiua ſunt ſacramẽta: eorũ nob3
ſalutaria ĩterceſsiõe reddãt̃. p
¶ In ſcti mẽne martyr. Orõ
PReſta queſum⁹ oĩps de⁹
vt qui bti mẽne martyr3
tui natalitia colimus: interceſ-
ſione eius: in tui nominis amo-
re roboremur. Per. Secreta.
MUneribus nr̃is queſum⁹
dñe: precibuſq3 ſuſceptis
⁊ celeſtibus nos mũda myſte-
rijs: ⁊ clementer exaudi. Per.
DA q̃s dñe deus Poſt cõ.
nr̃: vt ſicut tuorum cõme-
moratione ſanctorũ: tempora-
li gratulamur officio: ita perpe
tuo letemur aſpectu. Per dñ3.
¶ In ſctẽ eliſabeth. Oratio.
TUorũ corda fideliũ deus
miſerator illuſtra: ⁊ btẽ e-
liſabeth ꝓcib⁹ glioſis fac nos
ꝓſpa mũdi ḋſpicere: ⁊ celeſti ſẽ
per ↄſolatione gaudere. Per.
MUnera, domine, Sec.
noſtre deuotionis offe-
rimus: vt tibi grata: nobiſq3 ſa

lutari a beatę eliſabeth pia ſup
plicatione reddātur. p. Poſtc.
Q Ueſumus omnipotēs d̄s: vt quos ſalutaribus
dignat⁹ erudire myſterijs: be
atę eliſabeth iterceſsio glorio-
ſa reficiat cęleſtibus alimētis.
die. 13. Per. ¶ In feſto preſentatio-
nis virginis marię miſſa ppria
require in fine miſſalis. ¶ In
fctē cecilię virg. ⁊ marty. Int.
ps. 118. L Oquebar d̄ teſtimo
nijs tuis in conſpe-
ctu regum: ⁊ non cō
fundebar: ⁊ medita
ibi. bar in mandatis tuis: quę dile
xi nimis. ps. Beati imaculati i
via: qui ambulant i lege domi-
ni. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oro
D Eus qui nos annua bea
tę cecilię martyris tuę ſo
lēnitate lętificas: da vt quā ve
neramur officio: etiā pię cōuer
ſationis ſequamur exemplo. p.
ps. 44. Gra. A udi filia ⁊ vide ⁊ incli
na aurē tuā: quia cōcupiuit rex
ſpeciem tuā. ℣. Specie tua et
ibi. pulchritudine tua intende pro
ſpere procede ⁊ regna. Alla.
℣. Quinqꝫ prudētes virgines
acceperunt oleum in vaſis ſuiꝫ
cum lāpadibus: media autem
nocte clamor fact⁹ eſt: ecce ſpō
ſus venit: exite obuiam chriſto
math 25. domino. Offer. O fferentur re
gi virgines poſt eā: proxime eius

H offerentur tibi. Secreta.
H Ec hoſtia, queſumus do-
mine, placationis ⁊ laudis vt i-
tercedente beata cecilia mar-
tyre tua: nos propitiatione tua
dignos ſemper efficiat. Per. ps. 118.
Coio. C onfundantur ſuper-
bi: quia iniuſte iniquitatē fece-
runt in me: ego autē in manda
tis tuis exercebor: in tuis iuſti-
ficationibus vt nō confundar.
S Atiaſti, domine (Poſtc.
familiam tuā muneribus
ſacris: eius queſum⁹ ſemper in
tentione nos refoue: cuius ſolē
nia celebramus. Per dominū.
¶ In fctī clemētis pp ⁊ m. Int. die
D Icit dominus: ſer-
mones mei quos de
di in os tuū: non de- 19
ficient de ore tuo: ad
eſt enī nomē tuū: ⁊ munera tua
accepta erunt ſup altare meo.
Ps. Beatus vir qui timet dn̄m: ps 11
in mandatis eius volet nimis.
℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
D Eus qui nos annua bea
ti clementis martyris tui
atqꝫ pontificis ſolēnitate lętifi
cas: concede propitius: vt cui⁹
natalitia colimus: virtutē quo
qꝫ paſsionis imitemur. Per do
minū nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. ps 10
Gra. I urauit dominus: ⁊ nō
pęnitebit eū: tu es ſacerdos in
ęternū: ſecūdū ordinē melchi-

ps. 109. ſedech. ℣. Dixit dominus dn̄o
meo ſede a dextris me;. Alle-
luia. ℣. Hic eſt ſacerdos que;
coronauit dominus. Offerto.
ps. 88. Veritas mea ⁊ miſericordia
mea cum ipſo: ⁊ ī nomine meo
exaltabitur cornu eius. Sec.
Munera, domine, oblata
ſanctifica: ⁊ intercedente
beato clemēte martyre tuo: p
hęc nos a peccatorū noſtroru;
ma maculis emūda. Per dominū.
tth 24 Co[m]io. Beatus ſeruus quem
cum venerit dominus: inuene-
rit vigilantem: amē dico vob;
ſuper omnia bona ſua conſtitu
et eum. Poſt communio.
Corporis ſacri ⁊ pretioſi
ſanguinis repleti libamine: q̄-
ſumus domine deus noſter: vt
quod pia deuotione gerimus:
ītercedēte beato clemēte mar
tyre tuo atq; pōtifice: certa re
dēptiōe capiamus. Per domi
num noſtrum Jeſum chriſtu;.
In ſctē felicitat; marty. Oīo.
die 23. Preſta, queſumus omni-
potens deus: vt beatę fe
licitatis martyris tuę ſolennia
recenſentes: meritis ipſius ꝓ-
tegamur ⁊ precibus. p. Secr.
Vota populi tui, domine,
propitiatus intēde: ⁊ quo
rum nos tribuis ſolennia cele-
brare: fac gaudere ſuffragijs.
Per dominu;. Poſt cōmunio

Supplices te rogamus o-
mnipotens deus: vt inter-
cedentibus ſanctis tuis: ⁊ tua
in nobis dona multiplices: ⁊ tē
pora noſtra diſponas. Per do
minum noſtrū Jeſum chriſtū.
¶ In ſcti chryſogoni m̄. Oīo. die 24.
Adeſto domine ſupplica-
tionib⁹ noſtris: vt qui ex
iniquitate noſtra reos nos eſſe
cognoſcimus: beati chryſogo-
ni martyris tui interceſsione li
beremur. Per dominum nr̄m
Jeſum chriſtū filiū tuū. Secre
Oblatis queſumus domi-
ne placare muneribus: ⁊
intercedente beato chryſogo-
no martyre tuo: à cūctis nos d
fende periculis. Per dominu;
noſtrum Jeſum chriſtum filiū
tuum. Qui tecū viuit ⁊ regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus:
per omnia ſecula ſclo;. Poſtc.
Tui domine perceptione
ſacramenti: ⁊ à noſtr; mū
demur occultis: ⁊ ab hoſtium
liberemur inſidijs. Per domi-
num noſtrum Jeſum chriſtum
filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ reg.
¶ In ſanctę Catherinę virgi die.
nis ⁊ martyris. Introitus. 25.
Vox de cęlis catheri
nę reddit: veni ſpon
ſa glorioſa: veni ſan-
ctiſsima virgo: acci-
pere premium tui certaminis:

inter choros angelorum. Ps. Hec audiēs beata catherina: leta ſurrexit ab oratione: decollata eſt. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctō. Sicut. Oratio.

Deus qui dediſti legem moyſi: in ſummitate mōtis ſynai: ⁊ in eodem loco per angelos tuos: corpus beatę catherinę virginꝫ ⁊ martyris tuę mirabiliter collocaſti: tribue q̄ſumus: vt eius meritis ⁊ interceſsione: ad monteꝫ qui Chriſtus eſt: valeamus peruenire. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deꝰ: per omnia ſecula ſeculorum. Epiſtola de communi virginum. Gradua.

Percuſſa gladio: dat lac pro ſanguine collo: quam manus angelica: ſepeliuit vertice ſyna. ℣. Membris virgineis: olei fluit vnda ſalubris. Alleluia. ℣. Catherina flos roſarum conſolatrix animarum: tuę precis interuentu: angeloruꝫ nos concentu: fac gaudere iugiter. Euangelium de communi virginum. Offertorium. Prudēs ⁊ vigilans virgo: qualis es cuꝫ ſponſo illo qui te elegit de mundo: q̄ꝫ pulchra: q̄ꝫ mirabilis: quanta luce ſpectabilis: inter ſyon iuuenculas: ⁊ hieruſalem filias: thalamo gaudens regio dei coniuncta filio. Secreta.

Munera domine ſacrificij preſentis: quę tibi offerimus in honore ſanctę Catherinę virginis ⁊ martyris tuę: fiant nobis eius precibus vita ꝑpetua: ⁊ te donante ſalus infinita. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuuꝫ. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoruꝫ. Communio. Aue virginum gemma Catherina: aue ſponſa regis regum glorioſa: aue viua Chriſti hoſtia: tua venerantibus patrocinia: impetrata nō deneges ſuffragia. Poſt cōio.

Sumptis, domine, ſalutis ęternę myſterijs: ſuppliciter dep̄camur: vt ſicut liquor qui de membris beatę Catherinę virginis ⁊ martyris iugiter manat: languidoruꝫ corpora ſanat: ſic eius oratio: cūctas â nobis iniquitates expellat. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ Chriſtum filinm tuuꝫ. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritusſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicit proprium ſanctoruꝫ.

Incipit co͞e ſanctoꝝ. Jn vigilia vnius apoſtoli. Introit⁹.

EGo autem ſicut oliua ftuctificaui in domo domini: ſperaui in miſericordia dei mei: ⁊ expectabo nomen tuū: quoniam bonum eſt ante conſpectum ſanctorum tuorū. Ps. Quid gloriaris in malitia: qui potens es ĩ iniquitate. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpūi. Oratio.

DA, queſum⁹ omnipotēs deus, vt beati N. apoſtoli tui quam preuenimus veneranda ſolēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ ſalutem. Per dominum noſtrū Jeſum xp̄m. Lectio libri ſapientie. ca. xliij.

BEnedictio dn̄i ſuper caput iuſti. Jdeo d̄dit illi dominus hereditatē: ⁊ diuiſit ei partē in tribubus duodecim: ⁊ inuenit gratiam in conſpectu omnis carnis. Et magnificauit eū in timore inimicorū: ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum: ⁊ oſtēdit illi gloriā ſuā. Jn fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ⁊ elegit eum ex omni carne. Et d̄dit illi cor ad precepta: ⁊ legem vite ⁊ diſcipline: ⁊ excelſū fecit illū. Statuit illi teſtamentum eternum ⁊ circuncixit eum zona iuſtitie. Et induit eum dominus coronam glorie. Gradua. Juſtus vt palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabitur ĩ domo domini. ℣. Ad annunciandū mane miſericordiam tuā: ⁊ veritatem tuam per noctem. Sequentia ſancti euangelij ſecūdum Joannem. Capitu. xv.

IN illo tēpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt preceptum meum: vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animā ſuā ponat quis ꝑ amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis que ego precipio vobis. Jā non dicam vos ſeruos: qꝛ ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos: quia oīa quecūqꝫ audiui à patre meo: nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. Et poſui vos vt eatis: ⁊ fructum afferatis: ⁊ fruct⁹ veſter maneat. Vt quodcūqꝫ petieritis patrem in nomine meo: det vobis. Offerto. Gloria ⁊ honore coronaſti eū ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum dn̄e. Secre.

APoſtolici reuerentia culminis offerentes tibi ſacra myſteria: queſumus Do-

mine: vt beati apoſtoli tui. N.
ſuffragijs: cuius natalitia prę-
uenimus: hęc plebs tua ſemp:
⁊ ſua vota depromat: ⁊ deſide-
rata percipiat. Per dominuz.
Coio. Magna eſt gloria eius
in ſalutare tuo: gloriam ⁊ ma-
gnum decorem impones ſuper
eum domine. Poſt cōmunio.
SAncti apoſtoli tui. N. q̃s
domie, ſupplicatione pla
catus: ⁊ veniam nobis tribue:
⁊ remedia ſempiterna cōcede.
Per. ¶ In vigilia plurimo-
rum apoſtolorum. Introitus.
INtret in conſpectu
tuo domine gemit⁹
compeditorū: redde
vicinis noſtris ſeptu
plū in ſinu eorum: vindica ſan-
guinem ſanctorum tuorum qui
effuſus eſt. Ps. Deus venerūt
gentes in hęreditatem tuam:
polluerunt templū ſanctū tuū
poſuerūt hieruſalem in pomo-
rū cuſtodiā. ℣. Gloria. Oratio
ONce, q̃s oṗs deus, vt ſi-
cut apoſtolorū tuorū N. ⁊
N. glorioſa natalitia prępueni-
mus: ſic ad tua beneficia ꝓme
renda: maieſtatem tuam ꝓ no
bis ipſi prępueniant. Per dñz.
Lectio actuū apoſtolorū. c. v.
IN diebus illis. Per ma-
nus autem apoſtolorum:
fiebant ſigna ⁊ prodigia multa
in plebe. Et erant vnanimiter
omnes ī porticu ſalomonz. Cę
terorū autē nemo ſe audebat ꝯ
iungere illis ſed magnificabat
eos populus. Magis autem
augebatur credentium ī domi
no multitudo virorū ac mulierꝝ
ita vt in plateis eijcerent infir-
mos: ⁊ ponerent in lectulis ⁊
grabatis: vt veniēte petro: ſal-
tem vmbra illius obumbraret
quemq̃ȝ illorum ⁊ liberarētur
ab infirmitatibus ſuis. Cōcur
rebat aūt ⁊ multitudo vicinarꝝ
ciuitatū in hieruſalē: afferētes
egros ⁊ vexatos â ſpiritib⁹ im
mūdis: qui curabātur omnes.
Lectio epiſtolę beati pauli a-
poſtoli ad Epheſios. capitu. j.
FRatres. Benedictus de
us ⁊ pater domini nr̄i Je
ſu chriſti qui benedixit nos ī o-
mni benedictione ſpirituali in
cęleſtibus ī chriſto: ſicut elegit
nos in ipſo ante mundi conſti-
tutionem: vt eſſemus ſancti ⁊ i
maculati in conſpectu eius in
charitate. Qui prędeſtinauit
nos in adoptionem filiorū per
Jeſum chriſtum in ipſum: ſecū
dū propoſitum voluntatis ſuę
in laudem glorię ⁊ gratię ſuę: ī
qua gratificauit nos in dilecto
filio ſuo. In quo habemus re-
demptionem per ſanguinē ip-
ſius remiſsionē pctōꝝ ſecun-

dũ diuitias gratię eius: quę ſu
perabũdauit i nobꝫ. Lectio epłę
btĩ pauli apłi ad corinth. c.iiij.

FRatres. Spectaculũ fa-
cti ſumus mundo: ⁊ ange
lis: ⁊ hominibus. Nos ſtulti ꝑ
pter chriſtum: vos autẽ prudẽ
tes in chriſto. Nos infirmi: vos
autẽ fortes. Vos nobiles: nos
autẽ ignobiles. Uſqꝫ in hanc
horam: ⁊ eſurimus: ⁊ ſitimus:
⁊ nudi ſumus: ⁊ colaphis cedi
mur: ⁊ inſtabiles ſumus: ⁊ la-
boramus operantes manibus
noſtris. Maledicimur: ⁊ bene
dicimus. Perſecutionem pati
mur: ⁊ ſuſtinemꝰ. Blaſphema
mur: ⁊ obſecramꝰ. Tanq̃ pur
gamenta huius mundi facti ſu
mus omniũ peripſema vſqꝫ ad
huc. Nõ vt confundã vos hęc
ſcribo: ſed vt filios meos chari
ſsimos moneo. In chriſto Je-
ſu dño noſtro. Gradua. Vin-
ps. 78. dica dñe ſanguinẽ ſctõꝝ tuorũ:
qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt
mortalia ſeruorũ tuorũ eſcas
volatilibus cęli: carnes ſancto
rum tuorum beſtijs terrę. Se-
quẽtia ſcti euãg. ſcdꝫ Joãnẽ c. xv.

IN illo tpe. Dixit ieſus di
ſcipulis ſuis. Ego ſum vi
tis vera: ⁊ pater meus agrico-
la eſt. Omnẽ palmitẽ in me nõ
ferentẽ fructũ: tollet eum. Et
omnem qui fert fructum: pur-
gabit eum: vt fructum plus af-
ferat. Jam vos mundi eſtis: ꝑ
pter ſermonem quem locutus
ſum vobis. Manete in me: ⁊ e
go in vobis. Sicut palmes nõ
poteſt ferre fructũ a ſemetipſo
niſi mãſerit i vite: ſic nec vos ni
ſi in me manſeritis. Ego ſũ vi
tis: ⁊ vos palmites. Qui ma-
net in me ⁊ ego in eo. Hic fert
fructum multũ. Quia ſine me
nihil poteſtis facere. Si quis
in me nõ manſerit: mittetur fo
ras ſicut palmes: ⁊ areſcet: et
colligent eum: ⁊ in ignẽ mittẽt
⁊ ardet. Si manſeritis in me: ⁊
verba mea in vobis manſerint
quodcumqꝫ volueritis pete-
tis: ⁊ fiet vobis. Offer. Exul- ps.
tabunt ſancti in gloria: lętabũ 149
tur in cubilibꝰ ſuis ſuis: exulta
tiões dei i faucibꝰ eorũ. Secr.

MUnerib⁹ nřis dñe ſctõꝝ
apoſtoloꝝ tuorũ N. ⁊ N.
feſta pręcedimus: te ſupplicit
depcãtes: vt q̃ conſcientię nrę
prępediuntur obſtaculis: illoꝝ
meritis grata reddanť. p. Co.
Poſuerũt mortalia ſeruorum ps.
tuorũ dñe: eſcas volatilibus cę 78.
li: carnes ſctõrũ tuorũ beſtijs
terrę: ſ͛ꝫ magnitudinẽ brachij
tui poſside filios morti pũitoꝝ

SUmpto, domine, Poſt c.
ſacramento ſuppliciter
depręcamur: vt interceden-

tibus beatis apoſtolis tuis N. ⁊ N. quod tēporaliter gerim⁹ ad vitam capiamus ęternā. p.

Ps. 138. ¶ In natalitijs apłoꝝ. Intr.

Mihi aūt nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principat⁹ eorū. ibi. Ps. Dn̄e probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionē meam ⁊ reſurrectionē meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Queſumus omnipotēs deus: vt beatus apoſtol⁹ tuus N. tuum pro nobis iploret auxilium: vt à noſtris reatibus abſoluti: à cunctis etiam periculis eruamur. Per. Secreta

Sacrandū tibi, dn̄e, mun⁹ offerimus: quo beati ſolēnia recolentes: purificationem quoq; noſtris mentib⁹ implorāmus. Per dn̄m. Poſt cō.

Perceptis, domine, ſacramentis: ſuppliciter exorāmus vt itercedēte btō N. apoſtolo tuo: q̄ pro illius venerāda gerimus ſolēnitate: nobis proficiant ad medelam. Per dn̄z.

¶ In natalitiꝫ quoq; plurimorum apoſtolorum. Alia oratio

Deus qui nos annua apoſtolorum tuorum N. ⁊ N. ſolēnitate lętificas: pręſta quę ſumus: vt quorum gaudemus meritis: inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrū Jeſum chriſtum filiū tuum. Secreta.

Munera domine, quę pro apoſtolorū tuorū N. ⁊ N. ſolēnitate deferimus: propiti⁹ ſuſcipe: ⁊ mala omnia quę meremur auerte. Per dominū noſtrum Jeſum xp̄m. Poſt coīo.

Queſumus, dn̄e, ſalutaribus repleti myſterijs: vt quoꝝ ſolēnia celebramus: eorū orationibus adiuuemur. P.

Lecti epiſtolę beati pauli apoſtoli ad Epheſios. Capitu. ij.

Fratres. Jaꝫ nō eſtis hoſpites ⁊ aduenę: ſed eſtis ciues ſanctorū ⁊ domeſtici dei: ſuperędificati ſupra fundamētum apoſtolorū ⁊ prophetarū. Ipſo ſummo angulari lapide chriſto Jeſu: in quo omnis ędificatio conſtructa creſcit in tēplum ſanctū i domino. In quo ⁊ vos coędificamini in habitaculū dei in ſpū ſctō. Lcō epłe bti pauli apłi ad ephe. cap. iiij

Fratres. Unicuiq; veſtrū data eſt gratia ſecundum menſuram donationis chriſti. Propter quod dicit. Aſcēdēs in altum: captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominib⁹ Quod autem aſcēdit: quid eſt niſi q2 ⁊ deſcendit primū in inferiores ptes terrę? Qui dſcēdit: ipſe ē ⁊ q̄ aſcēdit ſup oēs cę

los: vt adimpleret oīa. Et ipſe
dedit quoſdā quidē apoſtolos
quoſdā autē prophetas: alios
veró euangeliſtas: alios autē
paſtores ⁊ doctores: ad cōſum
mationē ſanctorū in opus mi-
niſterij: in edificationem corpo
ris chriſti: donec occurramus
omnes ī vnitatē fidei ⁊ agnitio
nis filij dei: in virum perfectū
in mēſuram etatis plenitudinē
chriſti. Lectio epiſtole beati
pauli apoſtoli ad Roma. c. viij
FRatres. Scim⁹ quoniā
diligentibus deū oīa coo
perantur in bonū: his qui ſecū
dū propoſitū vocati ſunt ſancti
Nā quos preſciuit: ⁊ predeſti-
nauit conformes fieri imagini
filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus
in multis fratribus. Quos aūt
predeſtinauit: hos ⁊ vocauit.
Et quos vocauit: hos ⁊ iuſtifi-
cauit. Quos autē iuſtificauit:
illos ⁊ magnificauit. Quid er-
go dicemus ad hec? Si de⁹ p
nobis: quis cōtra nos? Qui e-
tiā proprio filio ſuo nō peper-
cit: ſed pro nobis omnibus tra
didit illum. Quomodo nō etiā
cū illo omnia nobis donauit?
Quis accuſabit aduerſus ele-
ctos dei? Deus qui iuſtificat.
Quis eſt qui condēnet? Chri-
ſtus Jeſus qui mortuus eſt: im
mo ⁊ qui reſurrexit: qui eſt ad
dexterā dei: qui etiā iterpellat
pro nobis. Quis ergo nos ſe-
parabit à charitate chriſti? Tri-
bulatio? An āguſtia? An per-
ſecutio? An fames? An nudi-
tas? An periculū? An gladi
us? Sicut ſcriptum eſt. Quia
propter te mortificamur tota
die: eſtimati ſumus vt oues oc-
ciſionis. Sed in his omnibus
ſuperam⁹: propter eum qui di
lexit nos. Certus ſum enim: qr
neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ an-
geli: neqꝫ principatus: neqꝫ po
teſtates: neqꝫ virtutes: neqꝫ i-
ſtātia: neqꝫ futura: neqꝫ fortitu
do: neqꝫ altitudo: neqꝫ profun
dū: neqꝫ creatura alia: nos po
terit ſeparare a charitate dei:
que eſt i xp̄o Jeſu dn̄o noſtro.
Subſcripta epiſtola dicitur tā
tum in euangeliſtis. Lectio e-
zechielis prophete. capitu. j.
SImilitudo vultus quatu-
or animalium: facies hoīs
⁊ facies leonis à dextris ipſorū
q̄tuor. Facies āt bouē à ſiniſtris
ipſorū q̄tuor: ⁊ facies aqle deſu
per ipſorum quatuor. Et facies
eorū ⁊ pēne eorū extente deſu
per. Due pēne ſingulorum iun
gebātur: ⁊ due tegebāt corpo-
ra eorū. Et vnumquodqꝫ eo-
rum: corā facie ſua ambulabat
Ubi erat īpetus ſpiritus: illuc
gradiebantur: nec reuertebā-

tũr cum ambularent. Et ſimi
litudo animalium: ⁊ aſpectus
eorum quaſi carbonũ ignis ar
dentium: ⁊ quaſi aſpectus lam
padarũ. Hęc erat viſio diſcur-
rens in medio animalium: ſplẽ
dor ignis: ⁊ ꝺ igne fulgur egre
diens. Et animalia ibant ⁊ re
uertebantur in ſimilitudinem
fulguris coruſcantis.

Gradualia.

ps. 44. Graduale. Conſtitues eos
principes ſuper omnem ter-
ram: memores erunt nominis
ibi. tui domine. ℣. Pro patribus
tuis nati ſunt tibi filij: propte-
reà populi confitebuntur tibi.
ps. 138. Graduale. Nimis honorati
ti ſunt amici tui deus: nimis cõ
fortatus eſt principatus eorũ.
ibi. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ ſuper
arenã multiplicabuntur. Gra.
In omnem terrã exiuit ſonus
ps. 18. eorũ: ⁊ in fines orbis terrę ver
ba eorum. Cęli enarrant glori
am dei: ⁊ opera manuũ eius an
nunciat firmamentum.

Alleluia.

Jo 15. Alleluia. ℣. Ego vos elegi ꝺ
mundo: vt eatis ⁊ fructum affe
ratis: ⁊ fructus veſter maneat.
ps. 138. Alleluia. ℣. Nimis honorati
ſunt amici tui deus: nimis con-
fortatus eſt principatus eorũ.
luc. 22. Alleluia. ℣. Uos eſtis qui ꝑ-
manſiſtis mecum in tentationi
bus meis: ego autem in medio
veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat.
Alleluia. ℣. Te glorioſus a-
poſtolorũ chorus laudat dñe.
Sequentia ſancti euangelij ſe
cundum Joannem. capitu. xv.
In illo tpe. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Hoc ẽ prę
ceptũ meũ: vt diligatis inuicẽ ſi
cut dilexi vos. Maiorẽ hac di-
lectionẽ nemo habet: vt animã
ſuã ponat quis pro amicis ſuꝫ.
Uos amici mei eſtis: ſi fecerĩtꝫ
quę ego pręcipio vobis. Jã nõ
dicam vos ſeruos: quia ſeruus
neſcit quid faciat dñs eiꝰ. Uos
aũt dixi amicos: q2 oĩa q̃cunq꜄
audiui a prẽ meo nota feci vo-
bis. Non vos me elegiſtis: ſed
ego elegi vos. Et poſui vos vt
eatis: ⁊ fructũ afferatis: ⁊ fru-
ctus veſter maneat. Ut quod-
cunq꜄ petieritis patreꝫ in no-
mine meo: det vobis. Sequen
tia Sancti Euangelij ſecun-
dum Joannem. capitulo. xv.
In illo tpe. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Hoc man
do vobis: vt diligatis inuicem.
Si mũdus vos odit: ſcitote q2
me priorem vobis odio habuit
Si de mũdo fuiſſetis: mundus
quod ſuũ erat diligeret. Quia
vero de mũdo non eſtis: ſed e-
go elegi vos de mundo: propte
reà odit vos mundus. Memẽ

tote ſermonis mei: quē ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me pſecuti ſunt: ⁊ vos perſequentur. Si ſermonē meū ſeruauerunt: ⁊ veſtrū ſeruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomē meum: quia neſciunt eum qui miſit me. Si non veniſſem ⁊ locutus eis non fuiſſem: peccatum non haberent. Nūc aūt excuſationē non habent de peccato ſuo. Qui me odit: ⁊ patrē meū odit. Si opera non feciſſem in eis: que nemo alius fecit: peccatū non haberent. Nūc autē ⁊ viderunt: ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patrē meum. Sed vt ipleatur ſermo qui in lege eorū ſcriptus ē: qꝛ odio habuerunt me gratis. Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem. capitu. xv.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt. Omnē palmitē in me nō ferentē fructū: tollet eum. Et omnem qui fert fructum: purgabit eum: vt fructum plus afferat. Jam vos mundi eſtis: ꝓpter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nō poteſt ferre fructū a ſemetipſo niſi māſerit i vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſuz vitis: ⁊ vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego in eo. Sic fert fructum multū. Quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nō manſerit: mittetur foras ſicut palmes: ⁊ areſcet: et colligent eum: ⁊ in ignē mittēt ⁊ ardet. Si manſeritis in me: ⁊ verba mea in vobis manſerint quodcumqꝫ volueritis petetis: ⁊ fiet vobis. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. Capitulo. x.

In illo tēpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporū. Eſtote ergo prudētes ſicut ſerpētes: ⁊ ſimplices ſicut columbe. Cauete ab hoībus. Tradent enim vos in cōcilijs: ⁊ i ſynagogis ſuis flagellabunt vos: ⁊ ante reges ⁊ preſides ducemini propter me: in teſtimonium illis ⁊ gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora: quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loqmini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: ⁊ pater filium. Et inſurgent filij in parentes: ⁊ morte eos afficient. Et eritis odio omnibꝰ hominibus: propter no

men meum. Qui autem perſe-
uerauerit vſq̧ in finem: hic ſal
uus erit. Sequẽtia ſancti euã
gelii ſecundum Math c. xix.
In illo tempore. Dixit ſy-
mon petrus ad ieſum. Ec
ce nos reliquimus oĩa: ⁊ ſecu-
ti ſumus te: quid ergo erit no-
bis? Jeſus autem dixit illis. A
men dico vobis: q̄ vos qui ſecu
ti eſtis me: in regeneratiõe cum
ſederit filiꝰ hominis in ſede ma
ieſtatis ſuę: ſedebitis ⁊ vos ſup
ſedes duodecim iudicãtes duo
decim tribus iſrael. Et omnis
q̄ reliquerit domũ: vel fratres
aut ſorores: aut patrem: aut ma
trem: aut vxorem: aut filios: aut
agros: propter nomen meum:
centuplum accipiet: ⁊ vitã ęter
nam poſſidebit. Subſcriptum
euangelium dicitur tantum in
euangeliſtis. Sequentia ſanc
ti euangelij ſcd̃m Lucã ca. x.
In illo tẽpore. Deſigna-
uit dominus ⁊ alios ſep-
tuagintaduos: ⁊ miſit illos bi
nos ante faciem ſuam: in omnẽ
ciuitatem ⁊ locum quo erat ip
ſe venturus. Et dicebat illis.
Meſsis quidem multa: ope-
rarij autem pauci. Rogate er
go dominum meſsis: vt mittat
operarios in meſſem ſuam. J-
te: Ecce: ego mitto vos: ſicut a
gnos inter lupos. Nolite por-
tare ſacculum neq̧ peram: ne
q̧ calciamenta: ⁊ neminem ꝑ
viam ſalutaueritis. Jn quãcum
q̧ domum intraueritis: primũ
dicite. Pax huic domui. Et ſi
ibi fuerit filius pacis: requieſ-
cet ſuper illum pax veſtra. Si
autem ad vos reuertetur. Jn
eadem autem domo manete:
edentes ⁊ bibentes quę apud
illos ſunt. Dignus eſt enim o-
perarius mercede ſua. Nolite
tranſire de domo in domũ. Et
in quamcumq̧ ciuitatem intra
ueritis, ⁊ ſuſceperint vos: man
ducate quę apponuntur vo-
bis. Et curate infirmos qui in
illa ſunt: ⁊ dicite illis. Appro-
pinquabit in vos regnum dei.

Offertoria

Offert. Mihi aũt nimis hono ps. 138.
rificati ſunt amici tui deus: ni-
mis confortatus eſt principa-
tus eorum. Offertoria. Conſti
tues eos principes ſuper om- ibi.
nem terrã: memores erunt no-
minis tui domine ĩ omni proge
nie ⁊ generatione. Offertoria
In omnem terrã exiuit ſonus ps. 18.
eorũ: ⁊ in fines orbis terrę ver
ba eorum.

Communiones

Cõi. Ego ſum vitis vera ⁊ vos Jo. 15.
palmites: qui manet in me ⁊ e
go in eo: hic fert fructum mul-
tum. All'a, alleluya. Cõmũio.

Ioā. 15. Ego vos elegi de mūdo: vt ea
tis: ⁊ fructum afferatis: ⁊ fru-
ctus veſter maneat. Cōmūio.
Matth. 19. Amen dico vobis: ꝙ vos qui
reliquiſtis omnia: ⁊ ſecuti eſtis
me centuplum accipietis ⁊ vi-
tā eternam poſsidebitis. Cō.
Ibi. Vos qui ſecuti eſtis me: ſede-
bitis ſup ſedes: iudicantes duo
decim tribus iſraël. ¶ In na-
tali vnius marty. pontifi. Int.

Eccl. 44. Statuit ei dominus
teſtamētū pacis:
⁊ principē fecit eū:
vt ſit illi ſacerdotij
dignitas in eternum. Ps. Me
Ps. 131. mento domine dauid: ⁊ omnis
manſuetudinis eius. ℣. Glo-
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpūi. Introi.

Dan. 3. Sacerdotes dei be
nedicite dominū:
ſancti ⁊ humiles cor
de laudate deū. Ps.
Ibi. Benedicite omnia opera dñi
domino: laudate ⁊ ſuperexalta
te eum in ſecula. ℣. Glia patri.

Orationes.

Infirmitatē noſtrā
reſpice omnipotēs
deus: ⁊ quia pōdus
proprię actionis gra
uat: beati N. martyꝛ tui atq
pontificis interceſsio glorioſa
nos protegat. Per. Secreta.
Hoſtias tibi domine: bea-
ti N. martyꝛ tui atq pō
tificis dicatas meritis: benig-
nus aſſume: ⁊ ad perpetuū no
bis tribue prouenire ſubſidiū.
Per dominum. Poſt cōmūio.
Refecti partipatione mu
neris ſacri: quęſum⁹ do-
mine deus noſter: vt cuius exe
quimur cultū ſentiamus effe-
ctum. Per dñm. Alia oratio.

Deus qui nos beati
N. martyris tui at-
q pontificis annua
ſolēnitate lętificas:
concede propitius: vt cuius na
talitia colimus: de eiuſdē etiā
protectione gaudeamus. Per
dominum noſtrum. Secreta.
Munera tibi domine dica-
ta ſanctifica: ⁊ intercedē
te beato N. martyre tuo atq
pontifice: per eadem nos pla-
catus intende. Per. Poſt cō.
Hec nos cōmunio domie,
purget a crimine: ⁊ inter
cedente beato N. martyre tuo
atq pōtifice: cęleſtis remedij
faciat eſſe conſortes. Per dñz
Lcō libri ſapientię. cap. xxxix.
Iuſtus cor ſuum tradidit
ad vigilandum diluculo
ad dominum qui fecit illum: et
in conſpectu altiſsimi depreca
bitur. Aperiet os ſuum in ora
tione: ⁊ pro delictis ſuis deprę
cabitur. Si enim dominus ma
gnus voluerit: ſpiritu intelligē

tię replebit illū. Et ipſe tanq̄
imbres mittet eloquia ſapien-
tię ſuę: ⁊ in oratione confitebit̄
domino. Et ipſe diriget conſi-
lium eius ⁊ diſciplinā: ⁊ in ab-
ſconditis ſuis cōſiliabitur. Et
ipſe palam faciet diſciplinā do
ctrinę ſuę: ⁊ in lege teſtamenti
domini gloriabitur. Collauda
bunt multi ſapientiā eius: ⁊ vſ
q̄ in ſeculū non delebitur. Nō
recedet memoria eius: ⁊ nomē
eius requiret̄ à generatione ī ge
neratione. Lcō lib. ſap. c.xxxi.

Beatus vir qui inuentus
eſt ſine macula: ⁊ qui poſt
aurum non abijt: nec ſperauit
in pecunię theſauris. Quis eſt
hic: ⁊ laudabimus eum? Fecit
enim mirabilia ī vita ſua. Qui
probatus eſt in illo ⁊ perfectus
inuentus eſt: ⁊ erit illi gloria e-
terna. Qui potuit tranſgredi,
⁊ non eſt tranſgreſſus: facere
mala: ⁊ non fecit. Ideo ſtabili-
ta ſunt bona illius in domino:
eleemoſynas illius enarrabit
omnis eccleſia ſanctorum. Le
ctio libri ſapientie. capitu. iiij.

Beatus homo qui inuenit
ſapientiam: ⁊ qui affluit
prudentia. Melior eſt acq̄ſitio
ei⁹ negociatione argenti ⁊ auri
p̄mi ⁊ puriſsimi. Fructus eius
pretioſior eſt cunctis opibus: ⁊
omnia quę deſiderantur huic
non valent comparari. Longi
tudo dierum in dextera eius: et
in ſiniſtra illius diuitię ⁊ gloria
Vię ei⁹: vię pulchrę: ⁊ omnes
ſemitę illius pacificę. Lignuȝ
vitę eſt his qui apprehenderit
eam: ⁊ qui tenuerit eā beatus.
Dominus ſapientia fundauit
terram: ſtabiliuit cęlos prudē-
tia. Sapientia illius eruperūt
abyſsi: ⁊ nubes rore ↄcreſcūt.
Lectio libri ſapientię. ca.xxiiij

Beatus vir qui in ſapien-
tia morabitur: ⁊ qui in iu
ſtitia meditabitur: ⁊ in ſenſu co
gitabit circunſpectionem dei.
Cibabit illum pane vitę ⁊ in-
tellectus: ⁊ aqua ſapientię ſa-
lutaris potabit illuȝ. Et firma
bitur in illo: ⁊ non flectetur: et
continebit illum: ⁊ non confun
detur: ⁊ exaltabit illum apud
proximos ſuos. Et nomine e-
terno hereditabit illum domi-
nus deus noſter. Lectio
libri Sapientię. Capitulo. x.

Iuſtuȝ deduxit dominus
per vias rectas: ⁊ oſten-
dit illi regnum dei. Et dedit il-
li ſcientiam ſanctorum. Hone
ſtauit illum in laboribus: ⁊ cō-
pleuit labores illius. In frau-
de circūuenientium illi affuit:
⁊ honeſtum fecit illum. Cuſto
diuit eum ab inimicis: ⁊ a ſedu
ctoribus tutauit illum. Et cer

tamen forte dedit illi: vt vince-
ret ⁊ ſciret: quoniam omnium
potentior eſt ſapiẽtia. Hęc vẽ
ditum iuſtum non dereliquit: ſ
a peccatoribus liberauit eum.
Deſcenditq; cum illo in foue-
am: ⁊ in vinculis non dereliqt
eum: donec afferret illi ſceptrũ
regni: ⁊ potentiaꝫ aduerſus e-
os qui eum deprimebant. Et
mendaces oſtendit qui macu-
lauerunt eum: ⁊ dedit illi clari-
tatem ęternam dominus deus
noſter. Lectio epiſtolę bti pau
li ápli ad Corinthios. ij. cap. j.

FRatres. Benedictus de
us ⁊ pater domini noſtri
Jeſu chriſti: pater miſericordia
rum: ⁊ deus totius conſolatio-
nis: qui conſolatur nos in om-
ni tribulatione noſtra: vt poſſi
mus ⁊ ipſi conſolari eos qui in
oī pſſura ſunt: p exhortationeꝫ
q̃ exhortamur ⁊ ipſi a dõ. Quõ
ſicut abundant paſſiones chri
ſti in nobis: ita ⁊ per chriſtũ a-
bundat conſolatio noſtra. Si-
ue autẽ tribulamur: pro veſtra
exhortatione ⁊ ſalute. Siue cõ
ſolamur: pro veſtra conſolatio
ne ⁊ ſalute. Siue exhortamur
pro veſtra exhortatione ⁊ ſalu
te. Quę operantur tolleranti-
am earundem paſſionũ: quas
⁊ nos patimur: vt ſpes noſtra
firma ſit pro vobis: ſciẽtes quo
niam ſicut ſocij paſſionum eſ-
tis: ſic eritis ⁊ conſolationis.
In Chriſto Jeſu domino no-
ſtro. Lectio epiſtolę beati pau
li apoſtoli ad Timotheum, ſe-
cunda. capitu. ſecũdo, ⁊ tertio.

CHariſſime. Memor e-
ſto dominuꝫ noſtrum Je-
ſum Chriſtũ reſurrexiſſe à mor
tuis ex ſemine dauid ſecunduꝫ
euangelium meum: ĩ quo labo
ro vſq; ad vincula: quaſi male
operans. Sed verbum dei nõ
eſt alligatum. Ideo omnia ſu-
ſtineo propter electos: vt ⁊ ipſi
ſalutem conſequantur: quę eſt
in chriſto Jeſu in gloria cęleſti.
Tu autem aſſecutus es meam
doctrinam: inſtitutionem: pro-
poſitum, fidem, longanimitatẽ
dilectionem, pacientiam, perſe
cutiones, paſſiones: qualia mi
hi facta ſunt antiochię, iconio,
⁊ liſtris: quales perſecutiones
ſuſtinui: ⁊ ex omnibus eripuit
me dominus. Et omnes q̃ vo-
lunt piè viuere in Chriſto Je-
ſu: perſecutiones patimur.

Gradualia.

Graduale. Inueni dauid ſer-
uum meum: oleo ſancto vnxi e-
um: manus enim mea auxilia-
bitur ei: ⁊ brachium meum cõ-
fortabit eum. ℣. Nihil proficiet
inimicus in eo: ⁊ filius iniquita
tis non nocebit ei.

Gradua. Iuſtus vt palma flo
rebit: ſicut cedrus libani multi
plicabitur in domo dñi. ℣. Ad
ānunciandū mane miſericor
diā tuā: ⁊ veritatē tuā p̄ noctē.

Alleluia.

Alleluia. ℣. Tu es ſacerdos
in ęternum ſcd̄m ordinem mel
chiſedech. Alleluia. ℣. Hic eſt ſa
cerdos: quē coronauit domin⁹
Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma flo
rebit: ſicut cedrus libani multi
plicabitur. Tractus. Deſide
riū aię eius tribuiſti ei: ⁊ volun
tate labiorum eius non frau-
daſti eum. ℣. Quoniam prę-
ueniſti eum in benedictionib⁹
dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capi
te eius coronā de lapide pretio
ſo. Vel tractus. Beatus vir q̄
timet dn̄m: in mandatis ei⁹ cu-
pit nimis. ℣. Potēs in terra e-
rit ſemē eius: generatio recto-
rū benedicetur. ℣. Glĩa ⁊ diui-
tię in domo eius ⁊ iuſtitia eius
manet in ſeculū ſeculi. Sequē
tia ſcti euāgelij ſcd̄m matt. c. x.

In illo tpe. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Nolite ar
bitrari: qꝛ veneri pacē mittere
in terrā: non veni pacē mittere
ſed gladiū. Veni eni ſeparare
hominē aduerſus patrē ſuū: ⁊
filiā aduerſus mrēm ſuā: ⁊ nu-
rū aduerſus ſocrū ſuā. Et ini-
mici hominis: domeſtici eius.
Qui amat patrē aut matrem
pluſq̄ me: non eſt me dignus.
Et qui amat filiū aut filiā ſup
me: non eſt me dignus. Et qui
non accipit crucē ſuam ⁊ ſequi
tur me: nō eſt me dignus. Qui
inuenit animam ſuam perdet
eam: ⁊ qui perdiderit animam
ſuā propter me: inueniet eam.
Qui recipit vos: me recipit: et
q̄ me recipit: recipit eū q̄ me mi
ſit. Qui recipit prophetā i no-
mine prophetę: mercede pro-
phetę accipiet. Et qui recipit
iuſtum nomine iuſti: mercedē
iuſti accipiet. Et quicūq̄ ōde-
rit vni ex minimis iſtis calicem
aquę frigidę tantum, in nomi-
ne diſcipuli: amē dico vobis nō
p̄det mercedē ſuā. Sequentia
ſancti euāgelij ſm̄ matth. c. xvj

In illo tpe. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Si q̄s vult
venire poſt me: abneget ſemet
ipſum: ⁊ tollat crucē ſuā: ⁊ ſeq̄-
tur me. Qui eni voluerit aiam
ſuā ſaluā facere: p̄det eā. Qui
aūt p̄diderit animā ſuā propt
me: inueniet eā. Quid eni pro-
deſt hoi ſi vniuerſum mūdū lu-
cretur: aię verò ſuę detrimen-
tum patiatur? Aut quam da-
bit homo commutationem p̄
anima ſua? Filius enim homi-
nis venturus eſt in gloria pa-
tris ſui cum Angelis ſuis: ⁊

tūc reddet vnicuiqꝫ ſcđm opera ſua. Amen dico vobis: ſunt quidā de hic ſtantibus: qui nō guſtabunt mortem donec videant filiū hominis venientez in regno ſuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecūdū Joānē c. xij.

In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadens in terra mortuū fuerit: ipſum ſoluz manet. Si autē mortuū fuerit: multuz fructū affert. Qui amat aīam ſuam perdet eā: ⁊ qui odit aīaz ſuam in hoc mundo: in vitaz eternā cuſtodit eaz. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur. Et vbi ego ſum: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtra ſtrauerit: honorificabit eum pater meus qui in celis eſt.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. ca. x.

In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nihil optuz quod nō reueletur: ⁊ occultum quod nō ſciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite i lumine: ⁊ quod in aure auditis: ꝓdicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam aūt nō poſſunt occidere: ſed potius eum timete: qui poteſt animam ⁊ corpus perdere in gehennam. Nōne duo paſſeres aſſe veniunt: ⁊ vnꝰ ex illis nō cadet ſup terrā ſine patre veſtro? Veſtri aūt ⁊ capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui cōfitebitur me corā hominibus: cōfitebor ⁊ ego corā patre meo qui ē i celis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. capi. xiiij.

In illo tpe. Dixit Jeſus turbis. Si quis venit ad me: ⁊ non odit patrē ſuū: ⁊ matrem: ⁊ vxorem: ⁊ filios: ⁊ fratres: ⁊ ſorores: adhuc autez et aīaz ſuā: nō poteſt meus eē diſcipulus. Et qui baiulat crucē ſuā: ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis eni ex vobis volens turrim edificare: nōne prius ſedens cōputat ſumptus q̄ neceſſarij ſunt: ſi habet ad perficiendum: ne poſtq̄ꝫ poſuerit fundamentū: ⁊ non potuerit perficere: oēs qui vident incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cepit edificare: ⁊ non potuit conſummare? Aut quis rex iturus cōmittere bellum aduerſus aliuz regem: nonne ſedens prius cogitat ſi poſſit cum decem milibus occurrere ei: qui cum viginti milibus venit ad ſe? Allioquin adhuc illo longe a gē-

te : legationem mittens ro-
gat ea quę pacis ſunt. Sic er
go omnis ex vobis qui non re
nunciauerit omnibus quę poſ
ſidet: non poteſt eſſe meus di-
ſcipulus.

ps. Offertoria.

88. Offer. Veritas mea ⁊ miſeri
cordia mea cum ipſo: ⁊ in nomi
ne meo exaltabitur cornu eius
ibi. Offertoriũ. Inueni dauid ſer
uum meum: oleo ſancto vnxi e-
um: manus enim mea auxilia-
bitur ei: ⁊ brachium meum cõ-
fortabit eum.

Communiones.

ma Coio. Domine quinq̃ talen-
tth ta tradidiſti mihi: ecce alia quī
25. q̃ ſuperlucratus ſum: euge ſer
ue fidelis: quia in pauca fuiſti
fidelis ſupra multa te conſtitu
am: intra in gaudiũ domini tui.
ps. Coio. Semel iuraui in ſancto
88. meo: ſemen eius in ęternũ ma-
nebit: ⁊ ſedes ei⁹ ſicut ſol in cõ
ſpectu meo ⁊ ſicut luna perfe-
cta in ęternum: ⁊ teſtis in cęlo
fidelis. Coio. Poſuiſti domine
ps. in capite eius: coronam de la-
20. pide pretioſo. ¶ In natali vni
us martyris no pontifi. Intr.
ps. In virtute tua domi
20. ne lętabitur iuſtus:
⁊ ſuper ſalutare tuũ
exultabit vehemen
ter: deſiderium animę eius tri
buiſti. Ps. Quoniam prępueni- ibi.
ſti eũ in benedictionibus dulce
dinis: poſuiſti in capite eius co
ronã de lapide pretioſo. ℣. Glo
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpũi. Introit⁹
Letabitur iuſtus in ps.
domino: ⁊ ſperabit 63
in eo: ⁊ laudabũtur
omnes recti corde.
Ps. Exaudi deus orationẽ me ibi.
am cum depręcor à timore ini-
mici eripe animã meã. ℣. Glo-
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpũi. Introi.
Iuſtus non cõtur- ps.
babitur: quia domi 36
nus firmat manum
eius: tota die miſere
tur ⁊ cõmodat: ⁊ ſemen eius in
benedictione erit: ⁊ in ęternuz
conſeruabitur. Ps. Noli ęmula ibi.
ri in malignantibus: neq̃ zela
ueris facieutes iniquitatem ℣.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpũi. Intr.
Gloria ⁊ honore co ps.
ronaſti eum: ⁊ conſti 8
tuiſti eum ſuper opa
manuum tuarũ. Ps.
Domine dominus noſter: q̃ ibi.
admirabile eſt nomẽ tuũ in vni
uerſa terra. ℣. Gloria patri. ⁊c.

Orationes.

Preſta quęſumus o
mnipotens deus: vt
qui beati N. marty
ris tui natalitia coli
mus: interceſsione eius in tui

nominis amore roboremur. p.
Muneribus noſtris Secr quęſumus domine pręcibuſq̃ ſuſceptis: ⁊ cęleſtib⁹ nos munda myſterijs: ⁊ clementer exaudi. Per dn̄m. Poſt colo.
Da, q̃s domine, de⁹ noſter: vt ſicut tuorū cōmemoratione ſanctorū tēporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aſpectu. Per. Alia o'o
Preſta quęſumus op̄s deus: vt intercedente beato N. martyre tuo ⁊ a cunctis aduerſitatibus liberemur i corpore: ⁊ a prauis cogitationib⁹ mundemur in mēte. p. Secre.
Accepta tibi ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio: ⁊ eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris: pro cuius ſolēnitate defert. Per. Poſt cō.
Refecti participatiōe muneris ſacri: q̃ſumus domine de⁹ nr̄: vt cuius exeq̃mur cultū ſētiam⁹ effectū. p. Epiſtole vt ſup i cōi vnius marty. pōtif.
Gradualia.
Gra. Beatus vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. Gra. Gloria ⁊ honore coronaſti eū. ℣. Et cōſtituiſti eum ſup opa manuū tuarū. Gra. Iuſtus nō conturbabit: q: dn̄s firmat manū eius. ℣. Tota die miſeretur ⁊ cōmodat: ⁊ ſemē eius in bn̄dictione erit. Gra. Poſuiſti dn̄e ſup caput eius coronā de lapide precioſo. ℣. Deſideriū aię eius tribuiſti ei: ⁊ volūtate labiorū ei⁹ nō fraudaſti eū. Alleluia.
Alla. ℣. Beatus vir q̃ timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. Alla. ℣. Poſuiſti dn̄e ſup caput ei⁹: coronā d̄ lapide p̄cioſo. Alla. ℣. Iuſt⁹ nō cōtur babit: q: dn̄s firmat manū ei⁹.
Alla. ℣. Qui ſeq̄t me nō ābulat in tenebꝛ: ſ; habebit lumē vitę ęternę. Alla. ℣. Letabit iuſt⁹ i dn̄o: ⁊ ſpabit i eo: ⁊ laudabunt oēs recti corde. Alla. ℣ Glia ⁊ honore corōaſti eū dn̄e. Tra. Deſideriū aię ei⁹ tribuiſti ei: ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ non fraudaſti eū. ℣. Q̄m p̄ueniſti eū i bn̄dictiōib⁹ dulcedinꝫ. ℣. Poſuiſti i capite ei⁹ coronā de lapide p̄tioſo. Euāgelia dnr vt ſup in cōi vnius marty. pōtif.
Offertoria.
Off. In virtute tua dn̄e letabit iuſt⁹: ⁊ ſup ſalutare tuū exultabit vehemēt: d̄ſideriū aię ei⁹ tribuiſti ei. Off. Gloria ⁊ honore corōaſti eū ⁊ ꝯſtituiſti eū ſup opa manuū tuaꝝ dn̄e. Off. Deſiderïū aię ei⁹ tribuiſti ei dn̄e ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudaſti

ps. 20. eũ: poſuiſti in capite eius coro-
nã de lapide pretioſo. Offert.
Poſuiſti domine in capite ei⁹
coronã de lapide pretioſo: vitã
math 16. petijt a te: ⁊ tribuiſti ei. alleluia
Communiones.
Cõ. Qui vult venire poſt me
ps. 20. abneget ſemetipſũ: ⁊ tollat cru
cẽ ſuã: ⁊ ſeq̃t me. Coio. Ma-
gna ẽ gloria eius ĩ ſalutari tuo
ioã 12. gloriam ⁊ magnum decorẽ im-
pones ſuper euz domine. Cõ.
Qui mihi miniſtrat me ſequat
ps. 20. ⁊ vbi ſuz ego: illic ⁊ miniſter me
ps. 63. us erit. Coio. Poſuiſti dñe in
capite eius: coronã de lapide p̃
tioſo Cõ. Letabitur iuſtus ĩ
dño: ⁊ ſperabit ĩ eo: ⁊ laudabũ
tur oẽs recti corde. alla alla.
¶ In feſto vnius ſancti a paſ-
cha vſq; ad pẽthe. vbi ali⁹ ſpe
ps. 65. cialis nõ aſsignatur. Introit⁹
Protexiſti me deus
à cõuentu malignã
tiũ alla. à multitudi
ne operantium iniq̃
ibi. tatem. alleluia. alleluia. Ps. E
xaudi deus orationem meã cũ
deprecor a timore inimici eripe
animam meam. ℣. Gloria pa-
tri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Si-
cut erat in principio ⁊ nunc et
ſemper ⁊ i ſecula ſeculorum. Le-
ctio libri ſapientie. capitul. v.
Stabũt iuſti in magna cõ
ſtantia aduerſus eos: qui

ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtu
lerunt labores eorũ. Uidẽtes
turbabũtur timore horribili: ⁊
mirabũtur ĩ ſubitatione inſpe
ratę ſalutis, dicentes intra ſe.
Penitentiã agentes: ⁊ prę an
guſtia ſpiritus gementes. Hi
ſunt quos aliquãdo habuim⁹
in deriſuz: ⁊ ĩ ſimilitudinẽ ipro
perij. Nos inſenſati: vitã illorũ
eſtimabamus inſaniã: ⁊ finem
illorum ſine honore. Ecce quo
modo cõputati ſunt ĩter filios
dei: ⁊ ĩter ſanctos ſors illorũ ẽ.
Alleluia.
Alleluia. ℣. Confitebuntur
celi mirabilia tua domine: ete-
nim veritatem tuam in eccle-
ſia ſanctorũ. Alleluia. ℣. Po
ſuiſti domine ſuper caput eius
coronã de lapide pretioſo. Al ps. 91.
leluia. ℣. Iuſtus vt palma flo-
rebit: ⁊ ſicut cedrus libani mul
tiplicabitur. Alleluia. ℣. Iu-
ſtus germinabit ſicut lilium: ⁊
florebit in eternum ante domi
num. Sequentia ſancti euan-
gelij ſecundũ Ioãnem. ca. xv.
In illo tpe. Dixit ieſus di
ſcipulis ſuis. Ego ſum vi
tis vera: ⁊ pater meus agrico-
la eſt. Omnẽ palmitẽ in me nõ
ferentẽ fructũ: tollet eum. Et
omnem qui fert fructum: pur-
gabit eum: vt fructum plus af-
ferat. Iam vos mundi eſtis: p̃

pter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructũ a ſemetipſo niſi mãſerit i vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſuz vitis: ⁊ vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego in eo. Hic fert fructum multũ. Quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ manſerit: mittetur foras ſicut palmes: ⁊ areſcet: et colligent eum: ⁊ in ignẽ mittẽt ⁊ ardet. Si manſeritis in me: ⁊ verba mea in vobis manſerint quodcumqз volueritis petetis: ⁊ fiet vobis. Sequẽtia ſcti euãgelij ſecundũ Joãnẽ. c. xv.

In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis: ⁊ vos palmites. Qui manet i me ⁊ ego i eo: hic fert fructũ multũ: qꝛ ſine me nihil poteſtis facere. Siqs i me nõ mãmãſerit: mittet̃ foras: ſicut palmes: ⁊ areſcet: ⁊ colligẽt eũ: ⁊ i ignẽ mittẽt ⁊ ardet. Si mãſeritis i me: ⁊ verba mea ĩ vobꝫ mãſerit: qõcũqз volueritis petetꝫ: ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatꝰ ẽ pr̃ meꝰ: vt fructũ plurimũ afferatis: ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pr̄: ⁊ ego dilexi vos. Manete i dilectiõe mea. Si p̃cepta mea ſeruaueritis: manebitis i dilectiõe mea: ſicut ⁊ ego p̃cepta pr̃is mei ſeruaui: ⁊ maneo in eiꝰ dilectione. Hec locutꝰ ſum vobis: vt gaudiũ meũ in vobis ſit: ⁊ gaudiũ veſtrũ ipleat̃. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua domine et veritatem tuam in eccleſia ſanctorum alleluia: alleluia. Ps. 88. Communio. Letabitur iuſtus in domino: ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. alleluia: alleluia. Ps. 78.

¶ In natalitijs plurimorum martyꝛuꝫ a paſcha vſqз ad pẽthecoſten: vbi alius ſpecialis non aſsignatur. Introitus.

Sancti tui dñe bñdicẽt te: gloriã regni tui dicẽt alleluia. Ps Exaltabo te deꝰ meus rex: ⁊ bñdicã nomini tuo in ſeculũ ⁊ in ſeculũ ſeculi. ℣. Gloria patri. Oratio competens. Lectio libꝛi ſapientie. capi. v.

Stabũt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos: qui ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtulerunt labores eoꝛũ. Videntes turbabũtur timore hoꝛribili: ⁊ mirabũtur in ſubitatione inperate ſalutis, dicentes intra ſe. Penitentiã agentes: ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquãdo habuimꝰ in deriſuꝫ: ⁊ i ſimilitudinẽ ipꝛoperij. Nos inſenſati: vitã illoꝛũ

eſtimabamus inſaniã: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quo modo cõputati ſunt ĩter filios dei: ⁊ ĩter ſanctos ſors illorũ ẽ.

Alleluia.

Alleluia. ℣. Sancti tui domine florebũt ſicut lilium: ⁊ ſicut odor balſami erũt añ te. Alleluia. ℣. Stabũt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtulerũt labores eorũ. Alleluia ℣. Pretioſa in conſpectu domini mors sanctorum eius. Alla. ℣. Mirabilis deus noſter in ſanctis ſuis. Sequentia ſancti euãgelii ſecũdũ Joãnem. ca. xv

